

ventiam; vel ob ignorantiam præcepti inculpabilem, excusabitur à peccato, ac proinde glorie consecutionem non impedit.

Dices; ignorantia invincibilis cuiuscunque obiecti semper ab omni culpa excusat; sed dari potest ignorantia invincibilis omnium sacramentorum; ergo excusaret ignorantem à culpa, & ideo penes excusationem à culpa non bene videtur discriminati necessitatis præcepti à necessitate medi.

Respondent nonnulli negando minorem, quod dari possit ignorantia invincibilis omnium sacramentorum; quia sufficienter lex Christi est promulgata; sed quia hoc difficultate non caret, quicquid sit de minori, neganda est ultima consequentia; qui enim invincibiliter necessitate medi ignoraret non damnaretur ob eius omissionem, sed ob peccatum, quod per tale medium delendum erat; unde qui omittit baptismum v. g. five ob ignorantiam invincibilem, five ob aliquam impossibilitatem, damnaretur, non quidem ob transgressionem præcepti, aut omissionem talis medi culpabilem, sed propter culpam originalem, quæ ob omissionem baptismi remaneret.

365 Hæc præmissa doctrina pro terminorum declaratione, & modo loquendi ad questionis resolutionem descendimus, & dicimus cum Scoto pluribus in locis, quedam sacramenta esse simpliciter omnibus necessaria juxta modum loquendi veterum Scholasticorum, vel esse necessaria necessitate medi juxta modum loquendi Recentiorum; aut baptismum quædam verò esse simpliciter necessaria, non tamen omnibus, ut Penitentia, quæ solis adultis peccatoribus esse necessaria, quædam tandem simpliciter necessaria toti Ecclesie communitati, non determinando personas, sed vagantur Ordo, & Matrimonium; cetera autem non esse simpliciter necessaria, quia sine illis salvantur innumeri, ut sine Confirmatione, & extrema Unctione, quæ utilia quidem sunt, & Communitati, & particularibus, sed nulli simpliciter necessaria, cum solum obligent ad non contemnendum, ut inquit Doctor 4. dist. 7. quæst. 2. Declarat, & probat asserum per singulas partes, nam sacramenta Baptismi, & Penitentia ad primam gratiam conferendam sunt instituta, baptismus quidem simpliciter pro culpa originali delenda in omnibus, sacramentum verò penitentia pro actuali delenda in adultis, si post susceptum baptismum illos peccare cogerint, sed gloria haberi nequit sine prima gratia; ergo hæc duo sacramenta sunt necessaria simpliciter, seu necessitate medi præfato modo explicata.

366 Dices, si quis ante susceptum baptismum eliciens actum contritionis aut dilectionis Dei super omnia moriatur, salvabitur, & idem dicendum de eo, qui post susceptum baptismum peccasset, ergo hæc sacramenta non sunt simpliciter necessaria, seu necessitate medi. Respondet, istos in prædictis casibus salvari, quia prædicta sacramenta habent in voto, & desiderio suscipiendi, & suscipiendi facti, si possent; sic enim disposuit suavis providentia Dei, ut cum prædicta duo sacramenta sint simpliciter necessaria, quando nequeunt suscipi in re, sufficiant in voto, vel in aliquo æquivalenti, si votum non habet locum, ut in parvulo; cui sufficit martyrium, si baptismum suscipere nequit, quod baptismus sanguinis dici solet. Dices, dato casu, quod aliquis hæc sacramenta invincibiliter ignoraret, tunc utique illa in voto habere nequibit, habere siquidem in voto aliqua supponit illius cognitionem, quod dicitur haberi in voto. Respondet admisso illo casu, quem aliqui negant, quod si ille bene moraliter viveret, & legem nature servaret, Deum per Angelum, vel alio modo illum instructurum, ut ait Doctor quæst. 1. prologi de enutrito in sylvis; Vel quod ille prædictorum sacramentorum votum haberet saltem implerent, quatenus promptus esset ad exequendum, quicquid Deus præciperet, alioquin perfectum contritionis actum non haberet, aut dilectionis Dei super omnia; siquidem qui efficaciter vult aliqui, eo ipso supponit omnia velle, quæ sunt illi connexa, explicite tamen quæ novit esse annexa, implicitè verò, quæ ignorat; hoc enim exigite natura connexorum.

367 Dices rursus, non minus in contritione, ut sit medium iustificans, involvitur votum testandi, & quodcumque aliud præceptum adimplendum, quæ baptismum recipiendi; ergo si necessarium necessitate medi est id, quod in re, vel in voto ad iustificationem requiritur, non minus testatio, jejuniū, & huiusmodi, quæ baptismus & penitentia erunt necessaria necessitate medi. Consequenter patet, quia baptismus dicitur necessariis necessitate medi, quia sine ipso in re, vel in voto non potest haberi gratia iustificans. Hanc difficultatem ait Gavarius disp. 10. cit. quæst. 1. art. 1. n. 74. non esse parvi momenti, & variis Recentiorum adducit solutiones, quas ibidem respicit breviter tamen dicendum est, quod licet ad illud, quod dicitur necessariis necessitate medi requiratur, quod sine ipso, vel in re, vel in voto salus obtineri non possit;

hoc tamen non sufficit, sed ulterius requiritur, quod per se, & positive in iustificationem insinat, modo jam explicato nu. 363. & non tantum per accidens, & per modum removens prohibens; quod in proposito de restitutione, jejuniū, & aliis præceptis minime verificatur, sicut enim restitutio in re, vel jejuniū non concurrunt ad iustificationem, ut mediū positive induens, sed tantum ut removens prohibens, nempe peccatum, quod ex transgressione præcepti restitutionis contraheretur; sic nec votum ejus positive concurrat, sive ut medium quod ad iustificationem, & ideo ad argumentum neganda est consequentia cum ejus probatione, tanquam insufficienti, quam responsum pro hujus difficultatis solutione coactus est Gavarius ipse adhibere in fine art. cit. quamvis eam paulo supra confutasset num. 78.

368 Deinde, quod quedam sacramenta sint toti Ecclesie Communitati simpliciter necessaria, non determinando personas, ut sacramenta Ordinis, & Matrimonii facti de se constat, quia nequeunt homines saltem consequi, nisi aliqua sacramenta recipient; & hæc autem nequeunt consecrari, & ministrari, nisi à Sacerdotibus, & personis Deo factis; ergo simpliciter est necessarium sacramentum Ordinis, per quod homines sunt Dei Ministri. Sic etiam de Sacramento Matrimonii dicendum est, quia in tota Ecclesia propagatio generis humani debet dari, ad quod extat præceptum naturale; contractus autem Matrimonii ad esse sacramenti à Christo est elevatus in lege nova; ergo etiam sacramentū Matrimonii est simpliciter necessarium in Ecclesia Dei vagæ, & indefinitæ, itaut aliqui ex tota Communitate debeant illa sacramenta sumere, licet nullus in particulari teneatur.

369 Quod verò sacramenta Confirmationis, & extreme Unctionis non sint necessaria necessitate medi, neque præcepti; patet, quia cum sint sacramenta vivorum, & instituta ad danda secundam gratiam, fide gratia augmentum, apertè deducitur, non esse necessaria necessitate medi, quia augmentum gratie non est medium ad salutem simpliciter necessarium, cum sine illo salus haberi possit. Neque etiam sunt necessaria necessitate præcepti, quia de illis nullum extat præceptum, ut ait Doctor loc. cit. d. 7. q. 1. sed solum obligant ad non contemnendum, quæ ad summum dici possunt necessaria necessitate secundum quid, hoc est, utilia, cum enim per ipsa conferatur gratia, & sint instituta ad particularem finem in salutem hominis vivitoris, non est dubitandum, quin sint maxime utilia, & proficua ad eandem salutem obtinendam.

370 Denique Eucharistia sacramentum est necessarium dicitur, quia necessitate præcepti, ut constat ex Trident. sess. 13. can. 9. ubi damnatur, quisque dixerit, homines non teneri ex præcepto sanctæ Ecclesie in festis Paschalis habere communicari statim, ac ad usum rationis pervenerint. Est tamen inter Theologos contentio an præceptum de communicando sit Ecclesiasticum tantum, an etiam divinum. Et hoc secundum valde probabilis videtur, ut fuit Gavarius disp. 10. cit. q. 2. & expressè tenet Scotus 4. dist. 1. q. 2. quia Christus Io. 6. expressè dicit, se velle sumi in Eucharistia à quolibet Christiano illis verbis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis, ubi loquitur Christus de manducatione, & potatione vera, reali, & sacramentali; & cum non loquatur de necessitate medi, quia hoc est sacramentum vivorum, sequitur, quod de necessitate præcepti sit intelligendus; Ecclesia verò tantum præscripsit tempus, in quo fideles communicari debent semel in anno, scilicet, in festo Paschatis;

In festis, hoc sacramentum esse necessarium etiam necessitate medi, & simpliciter, quia sicut se habet, cibus corporalis, & materialis ad vitam corporalem; ita panis Eucharisticus ad vitam spirituales; sed cibis corporalis est simpliciter necessarius ad vitam corporalem; ergo & spiritualis ad vitam spirituales. Confirmatur quia Eucharistia in aliquo casu confert primam gratiam, quando scilicet, attritus bona fide accessit cum invincibili ignorantia peccati obliati ad Eucharistiam, ut constat ex dictis art. præced. ergo est etiam necessaria necessitate medi, nam que conferunt primam gratiam, sunt hoc modo necessaria, ut dicitur est.

Resp. Eucharistiam non comparari cibo materiali quoad necessitate vite simpliciter, alioquin in omni atate, & tempore firmenda esset, quod tamen Ecclesia verat, sed tantum quoad augmentum vite, & ejus conservationem, quare cum hic cibis spiritualis ad alendam vitam gratie ordinatur, que non nisi per actionem mealam dependitur, que fit libera, non erit necessaria, sicut cibis materialis. Ad Confr. concessio antecedente negatur consequentia quia ut esset necessaria necessitate medi, deberet per se, & ex prima sua institutione ordinari ad primam gratiam conferendam, quod est falsum, quia hæc confertur, nisi per accidens, & ex secunda ratione in qua instituitur, ut patet art. cit. & hæc sufficiant de sacramentis in genere.

DISPUTATIO SECUNDA DE BAPTISMO, ET CONFIRMATIONE.

QUESTIO PRIMA.

Quo tempore fuerit institutum Baptismus, & quando ceperit esse sub præcepto.

Supponit questio, baptismum fuisse verè, & immediatè ab ipso Christo Domino institutum, ut ex verbis ipsius deducitur expressè Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Sp. Sancti, non potest introire in regnum Dei, & Matth. 28. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & quærit de tempore, quo fuerit institutus, an antè, vel post passionem, & resurrectionem institutum fuisse, quod Apostolus dixit loc. cit. Mattheus. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, pro quo plura extant Patrum testimonio Leonis Pape, Tertulliani, Theophili, Chrysof. Ruperti, & aliorum, quam proinde fecuti sunt Alerius, Albertus, Malton, Canus, & alii antiquiores. Secunda sententia jam fere communis in Scholis oppositum docet, baptismum, scilicet, factum à Christo institutum ante ipsius passionem, licet adhuc de tempore non conveniat, quo ante suam passionem Christus hoc sacramentum instituit.

Deinde supposito, quod baptismus fuerit ante Christi passionem institutus, ulterius queritur, an eo ipso exierit obligare statim ac fuit institutum potius solum post Christi resurrectionem; & quamvis etiam omnes in eo convenire videntur, quod baptismus obligare non cepit ante Christi mortem, sed tantum post eius resurrectionem, discordant tamen in assignando tempus institutionis post mortem D. Thom. 2. 2. q. 86. & 2. 2. q. 103. art. 3. cum sit discipulis docet baptismum fuisse sub consilio usque ad passionem, & postea factum sub præcepto. Scotus verò cum suis, quem sequitur Suarez cum aliis Recentioribus s. p. tom. 3. d. 27. s. 4. docet, baptismum non obligare ante solemnem eius promulgationem in die Pentecostes, & prius fuisse sub consilio, postea sub præcepto, Ita 4. d. 3. q. 4.

ARTICULUS PRIMUS.

Deciditur questio quoad primam partem.

Decidendum est, baptismum fuisse à Christo institutum ante mortem, licet certum tempus assignari non possit, in quo fuerit facta ista institutio. Ita Scotus loc. cit. ab initio quæst. ubi Faber, Hiquerus, Aretinus, Centinus, Poncius, Brancacus, & ceteri Scotilæ, ac Recentesiorum, Hinc conclusionem probat Doctor ex ipsa Evangelica narratione Ioan. 3. ubi cum expresse legatur, Christum esse suam passionem per discipulos baptizasse, nulla est ratio negandi, baptismum fuisse ante eius passionem institutum. Nec valet expositio Patrum pro opposita sententia eorum dicentium, Apostolos tunc baptizantes non dedisse illam baptismum, qui est sacramentum in nove legis; sed eundem, quem dabat Ios. Baptista, vel aliam, qui esset solum figura, & quasi inchoatio baptismi à Christo instituti. Non valet, inquam, hæc expositio, quia ut inquit Scotus loc. cit. & prænotavit Aug. epist. 1. 18. & Tolet. in c. Ioan. annot. 32. videntes discipuli Ioannis discipulos Christi baptizantes conqueuti sunt apud Ioannem, quod aut sint baptizate, si autem baptizati essent apud Ioannem, nullam habuissent causam quærelæ, quod Apostoli baptizarent baptismum Christi; ergo Apostoli non dabant baptismum Ioannis, sed alium omnino divinum à Christo institutum, quem Scoti rationem late profert Suarez d. 19. s. 1. Nec etiam bene dicitur, illum baptismum fuisse quidem à Christo institutum ante passionem, non tanquam verum, sed solum tanquam figuram, ac veluti inchoationem baptismi inchoatè instituti. Et enim conveniens non erat, ut Christus ipse in coltu adventu umbræ, & figure, omnes effusæ debebant uteretur baptismum, qui esset solum umbra, & figura veri sacramenti, quia baptismus ille dabatur in Spiritu Sancto, ut ipse Ioannes Baptista attestabat; ergo gratiam conferebat, & verum erat sacramentum.

Constat autem ex congruentia ab Aug. allata, cum enim in ultima Cena Apostoli fuerunt Sacerdotes instituti, & Sacramento Eucharistie refecti; supponi debet, iam eos fuisse baptizatos, & factos habiles, & idoneos per janam sacramentorum ad prædicta sacramenta recipienda, quomodo enim, inquit Aug. poterant Eucharistia, accipere non dum baptizati; & plane, cum hoc sacramentum ad reliqua omnia sit ianua, & sine quo iuxta legem à Deo statutam nequeunt aliorum sacramentorum effectus participare, quomodo fuit institueretur ante sacramentum Eucharistia; & Ordinis, quæ duo Sacram. in ultima Cena ex Trid. sess. 22. can. 2. instituta fuerunt. Et quidem est mera evasio quorundam dicentium, Christi

sum in ultima Cena cum suis discipulis dispensasse, ut in illis Baptismi sacramentum ad cætera non supponeretur. Hoc in, quam, sine ulla propterea fundamentò dicitur, cum nihil cogat id affirmare; & cum videamus, hunc ordinem etiam in ceteris sacramentis servatum fuisse, nam prius fuerunt Apostoli ad Sacerdotium ordinati per illa verba, in eadè ultima Cena, Hoc facite in meam commemorationem, quam potestatem abolendi à peccatis acceperunt, cum hanc solum post resurrectionem acceperint à Christo, quando eis dixit, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, sine ulla fundamento diceretur, in baptismi institutione servatum non fuisse.

Quod verò nequeat assignari ex Scriptura certum, ac determinatum tempus, quo ante mortem Christi baptismus fuerit institutus, probat Doctor testando singulos dicendi modos; Quod enim communiter dici solet, fuisse propriè institutum, quando Christus in Iordane à Ioanne baptizatus est, non sufficenter probat, quia Christus Dominus non fuit baptizatus baptismum suo, sed baptismum Ioannis; bene tamen, ait Doctor, tunc aquam dedicavit ex contextu suæ mundissime carnis, tanquam sui baptismi idoneam materiam, quod quidem non in eo sensu est intelligendum, quasi contextu suæ carnis tunc Christus aliquam virtutem mundandi, communicaverit aquis; sed illa sanctificatio aliud non fuit, nisi ordinatio, seu designatio, qua Christus ordinavit, & dedicavit aquam, tanquam sui baptismi idoneam materiam, neque dici potest, fuisse institutum per verba illa Nicodemæ dicta Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. quoniam generale præceptum omnibus necessarium, & solemne, quale est baptismi sacramentum, decens non erat institui coram privata persona, & eo vel maxime, quia per Nicodemum talis baptismi institutio promulganda non erat, quæ concludit Doctor, quod licet institutio baptismi fuerit facta ante mortem Christi, tempus tamen præcisum, & determinatum in Evangelio non legitur.

Resp. Vasquez disp. 140. c. 6. id expressè ex Evangelio colligi, quia cum Io. Baptista Christum baptizare recusat, & diceret, ego deo a te baptizari, & tu venis ad me, Christus replicavit, sine modo, quam diceret, nunc me baptizabo, quia postmodum in eoque baptizabo; unde colligitur, quod Christus immensurè post Ioannem baptizavit, atque ideo tunc fuit baptismum institutum.

Ceterum neq; ex factis, neque ex verbis baptismi institutum satis constat, tunc præcisè fuisse ab eo institutum baptismi sacramentum, neque hoc in Evangelio naturatur. Nec verba illa sine modo, convincunt, Christum immediate post baptizate Ioannem, atque adeo constituisse, & constituisse suum baptismum, quia verissime est, Christum presentibus aliis, & presentibus Ioannis discipulis fuisse ab eo baptizatum in Iordane; si autem Christus, tunc receptum baptismum Ioanni tribuisset, nullum adesset fundamentum quærelæ discipulorum Ioannis de baptismi ministerio à Christo, vel eius discipulis, cum iam viderent ipsam Ioannem à Christo baptizatum. Hinc Strada in 19. sess. 2. Coninch. quæst. 66. ar. 1. & alii Recentiores inquit, verba illa sine modo, non esse cum tanto rigore accipienda, ut in eo temporis articulo baptismus fuerit à Christo perfectè, & ad quædam institutus, quia tunc non adhuc Christus suam inchoatam institutionem, nec discipulos habebat, quibus talis institutio notificaret; sed cum Scoto debere intelligi, fuisse quodammodo inchoatam, & præsignatam baptismi institutionem, non quod tunc facta fuerit talis institutio, sed dedicata baptismi materia in contextu suæ sanctissime carnis, Acedit quod Aug. serm. 2. Dominice infra octavam Epiphaniæ, in longè diverso sensu verba illa sine modo, interpretatur; commemoraverat enim Ioannes auctoritatem, & potestatem Christi, qui suum baptismum daturus erat in Spiritu Sancto, & in se ipso nullo indigebat baptismum, unde hæc commemoratio non redarguens Christus inquit sine modo, quali dicere vellet, inquit Aug. sic decet, non omnem implere institutum. Quamvis ergo per sanctificationem illam aquarum etiam tunc dicitur aqua sufficit, tanquam materiam huius sacramenti, hoc tamen non sufficit, ut dicatur ad quædam, & perfectè hoc sacramentum fuisse institutum; quia non constat, ex Evangelio tunc determinasse formam, quod necessarium esset, ut sacramentum baptismi tunc censatur institutum.

Respondent, tunc non tantum designatam fuisse baptismi materiam per aquarum sanctificationem, sed etiam designatam fuisse formam, nam vox Patris audita est, Filius apparuit, & Spiritus Sanctus in forma columbe, & effectus eius, qui est dare gratiam, seu Spiritus Sanctum, nam tum Coeli dicitur apertus, & Spiritus Sanctus in ipsum descendit; nil ergo tunc defuit ad huius sacramenti institutionem, quia tunc sacramentum confertur perfectè institutum, quando determinatur materia, forma, & effectus ipsius. Sed falsum est, tunc designatam fuisse formam baptismi, quia vox illa tunc audita nihil habet convenientiæ cum verbis, ad formam baptismi requisitis, nec illa verba à Christo prolata fuerunt, qui tamè

formam baptismi instituit. Accedit illam manifestationem in Iordane factam tantum Iohanni pueri, & non aliis, ideoque privata fuit, & non publica manifestatio, quales ad institutionem sacramenti requirerentur; Tandem est mystice figuratum fuerit sacramentum baptismi, in baptismo Christi in Iordane, tam quoad materiam, quam quoad formam; tamen hoc factis non fuit ad propria sacramenti institutionem, sed desubstanti exprimi verba, que adhiberi debent ad formam sacramenti, quod factum non fuit; Quare concludendum est, non fuisse baptismum institutum quando Christus fuit a Iohanne baptizatus, nec quem dicitur Nicodemus. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, sed aliquando post baptismum ipsius Iordane, & antequam mitteret discipulos ad baptizandum, quamvis cum baptizatus fuit in Iordane, disputaverit aquam tantum materiam, ex qua fieret hoc sacramentum.

8 Denique Centinus ex nostris ait aliquid novi in hac materia proferretur, id est sacramentum baptismi c. 1. in 26. inquit, quod quamvis praeter dies, ac tempus institutionis baptismi ex Scripturis patet non sicutur, verum tamen videri hoc sacramentum fuisse institutum, quando Christus Nicodemus est allocutus Io. 3. Et subdicit rationem Scoti non urgere, quod scilicet, verum simile non est tantum sacramentum fuisse coram persona privata institutum, que etiam illud promulgare non debeat. Nam in primis quomodo privatam personam ad eum appellare Nicodemus, si erat ex Pharisaeis Principes Iudaeorum? nec verisimile est, tunc Apostolos abuisse, cum essent Christi individui comites, quare non concedit, sermonem Christi cum Nicodemus in conclavi factum fuisse nullo alio praesente; Caretum ab hunc ad fundamentum hoc dicitur a Centino, quia sermo ille Christi habitus cum Nicodemus fuit per modum simplicis praedicationis, & eruditionis in lege nova de necessitate baptismi ad salutem non autem modum institutionis eius, quia ibi nulla praesentibus baptizandi forma, nec verba exprimitur necessarii ad tale sacramentum conficiendum; Et rursum ab eo, illo fundamentum rationem Scoti esse aspernatum, nam cum de nocte Nicodemus Christi adierit legitur in Evangelio, signum est, ad eum accessisse, ut personam privatam non publicam, & privatam voluisse cum Christo habere colloquii, nullo praesente, ut hoc Iudeis calaretur, quod erat Princeps, quod vero subdit Centinus, hoc non vacasse mysterio, venit enim de nocte, ut inquit Aug. quia & ipse in tenebris erat, nec ius regenerationis per hoc lavacrum, parum ad rem nostram facit, quia cum hic quaeratur tempus, & hora institutionis baptismi, si illud est in littera literali, & fuit ad mysticos sensus fit recursum.

9 In Opposito obicit solent testimonium Patrum pro opposita sententia, adductum asserunt, baptismum institutum fuisse post Christi resurrectionem, quando Mathaeus dixit discipulis, euntes ergo docite omnes gentes, baptizantes eas in nomine, &c. Ergo si ex aliquo Evangelii loco colligenda est baptismi institutio, maxime ex isto colligi debet, quia in nullo alio Evangelii loco traditur expressa forma baptismi. Constat tamen, quia baptismum statim ac fuit institutum, conturbat gratia, sed non conturbat gratia ante passionem, ut colligit Chryso. 28. in Io. ex illis verbis cap. 7. nondum spiritus erat datus, quia nondum Iesus erat glorificatus, ex quo deducitur nondum fuisse datam gratiam Spiritus Sancti ex opere operato per aliquod sacramentum ante passionem, & resurrectionem Christi. Tandem hoc idem probatur ratione, quia baptismus statim ac fuit institutus, conturbat gratia, sed non conturbat gratia ante passionem, ut colligit Chryso. 28. in Io. ex illis verbis cap. 7. nondum spiritus erat datus, quia nondum Iesus erat glorificatus, ex quo deducitur nondum fuisse datam gratiam Spiritus Sancti ex opere operato per aliquod sacramentum ante passionem, & resurrectionem Christi.

10 Respondeo, quibus ex nostris subscribitur Centinus loc. cit. Patres pro illa sententia citatos locutos esse, non de institutione primaria baptismi sub certa forma, ac materia, sed de institutione obligativa, quatenus scilicet, post Christi mortem tempore necessarium esse baptismum, ita ut baptismus ante passionem non obligaverit, esto ante passionem fuerit institutus; Sed si verum eorum accurate perpendantur, quos passim a Recentioribus referunt, talem explanationem non admittunt. Unde praestat dicere cum aliis, citatos Patres revera in ea fuisse sententia, ob quorum auctoritatem opposita sententia nulla est censura digna; Neque ob id nostrae sententiae probabilitas minuitur, nam D. August. expressit, & plures alii Patres, quos citant Suarez disp. 39. sect. 2. & Vasquez disp. 140. c. 2. pro nostra sunt sententia, cui etiam expressis favent Scripturarum testimonia. Ad rationem ab eis Patribus adductam, quod forma baptismi non legatur tradita Apostolis ante passionem, sed tantum post Matth. ult. dixerunt aliqui, Christum quidem ante passionem suam instituisse baptismum, eum tamen non fuisse collatum sub eadem forma, sed nomine Christi, ut intelligerent, se esse illum venturum, in cuius nomine Iohannes baptizabat, & idem videtur dicere Glossa illius capituli.

11 Sed hoc sine ullo dicitur fundamento, quia tunc fuisse plane aliud baptismum, siquidem aliam formam essentialiter habuisset, neque hoc ullum habet in Scriptura fundamentum, nec decens erit, ab initio institutionis sui dispensationibus, nec tandem ulla est ratio, cur non fuerit tunc collatum, sub eadem forma, sub qua iam conseritur; Quare praestat cum aliis dicere, hoc argumentum, quod forma baptismi non legatur tradita Apostolis ante passionem, non va-

leat, cum sit ab auctoritate negativus; sufficit enim, quod legatur baptismum ante passionem fuisse ab Apostolis collatum, ut etiam credamus formam praeciam fuisse illis a Christo praeteritam, quae postea post resurrectionem praecipit eis, ut praedicarent, & sub ea baptizarent, praecipit publico; quidem rationabiliter, quia post resurrectionem cepit baptismum obligare sub praecipio, cum antea ellet tantum sub consilio; ex quo non sequitur, tunc etiam primum, fuisse institutum, plura enim multo tempore ante institutum, tunc quam promulgatum. Hinc egregie D. Bonav. 4. d. 2. q. 1. quod Christus non solum instituit baptismum, sed etiam innovavit, antequam institueret, ac denique institutum illum stabilivit, & approbavit; innovavit quidem, quando fuit a Iohanne baptizatus in Iordane, instituit vero, quando ipse, & discipuli eius baptizabant; confirmavit denique, & approbavit post resurrectionem, quando dixit Apostolis Matth. ult. euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Quamvis ergo in nullo alio loco, expressus tradatur forma baptismi, quam in hoc loco, sufficienter tamen colligitur ex c. & Ioan. baptismum fuisse institutum ante Christi passionem, & etiam formam eius traditam.

12 Ad consuetudinem minor, ad probationem dicendum est, auctoritatem illam iuxta communem aliorum expositionem intelligi debere de plenitudine gratiae, & invisibili Spiritus Sancti communicatione, quae ubique non nisi Christi resurrectione data fuit, non vero de invisibili communicatione, quae per dona charitatis, & gratiae confertur, cum aliunde ex Evangelio constet, etiam ante passionem datam fuisse gratiam per Christum, ipsi videntur Apostolis, & Magdalena, & alii, quibus peccata verba dimissa, & datam etiam fuisse gratiam per aliquod sacramentum, quod videtur per Eucharistiam in ultima cena, sicigitur per baptismum, quo Christus ante passionem per discipulos baptizabat, vere collata fuit gratia, tunc virtute praecedentium meritorum Christi, tunc etiam futurae passionis iam a Deo praeservata, & acceptata, quod si Culum tunc non aperuerit, hoc ab extrinseco venit, eo quod precium nostrae salutis non solum omnino per solutum erat, ut inquit Doct. non vero ab intrinseco, quia hoc sacramentum omnem vim intrinsecam non habere ante passionem, quam postea habuit. Ad ultimum negatur consequentia, nam etiam Euch. in ratione sacrificii ad representandum eventum Crucis sacrificii est instituta, & nihilominus ante illud instituta fuit, sic ergo patet baptismum etiam si in symbolum mortis, & sepulture Christi institutus esset, non statim minus ante ipsius mortem institui potuerit, cum possit in generali institui anticipari ad rem futuram significandam, respectu cuius dicitur signum prognosticum, & cum jam facta est, & praeterita; dicitur temerarium.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quaestio Resolutio quo ad alteram partem.

13 Quoad alteram quaestionem partem, in qua quaerebatur, quoad baptismum ceperit esse sub praecipio. Dicendum est, non ita, ut facit institutus, capite est, sed praecipio, nec statim post Christi mortem, aut eius resurrectionem, sed obligationem eius generaliter, & quoad omnes incepisse post sufficientem, & solemnem Evangelii promulgationem universo mundo factam; Ita Securus fuit 4. d. 2. q. 4. quem sequuntur Recentiores passim, & probatur quoad omnes, & singulas partes.

Primo quidem, quod non ceperit esse sub praecipio statim, ac institutus fuit, concedunt etiam ipsi Thom. & probat Doc. loc. loc. nam licet ante mortem Christi fuerit institutus, non fuit tamen hominibus tunc propositus, ut medium ad salutem necessarium, quia praecipium eius non tunc eo tempore latum; neque enim nobis traditum est non scriptum ante Christi mortem, & resurrectionem, sed tantum post, cum dixit Matth. ult. euntes docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Et quamvis ante Nicodemum dixerit, Nisi quis renatus fuerit, &c. Non est verisimile, baptismum ab eo tempore fuisse necessarium, quo Christus hoc verba promulgavit, quia illa non protulit, tamen legem condens, vel promulgans, in privato colloquio sermone habens, inquit Doct. tunc quia illis verbis non indicavit Christum, quod iam tunc necessarium esse ad salutem, sed quod suo tempore futurum erit necessarium, unde verba illa supponunt pro eo tempore, quo talis renascendi modus fuerit hominibus praescriptus; per illa potius explicavit necessitatem baptismi futuram, quam ad dedit formale praecipium. Accedit ratio generalis ex debita dispositione divina providentiae desumpta, quia credibile est, id est, Christum voluisse homines obligare eodem tempore duplici lege, alioquin non iugis fuisset, sed unus intolerabile fuisset hominibus impositus, qui eodem tempore fuissent ad omnia veteris, & novae legis adstricti, lex autem vetus obligavit, & dura vitae usque ad mortem Christi, quia ut inquit Doct. lex vetus mala non erat sicut idololatria, & ideo non debuit subito repelli, sed debuit synagoga cum honore sepeliri, ut ostenderet fuisse bona pro tempore sua.

14 Secundo probatur, quod neque ceperit esse sub praecipio statim post Christi mortem, vel eius resurrectionem, ut dicitur Thom. 4. d. 2. q. 1. quia si ab auctoritate negativus; sufficit enim, quod legatur baptismum ante passionem fuisse ab Apostolis collatum, ut etiam credamus formam praeciam fuisse illis a Christo praeteritam, quae postea post resurrectionem praecipit eis, ut praedicarent, & sub ea baptizarent, praecipit publico; quidem rationabiliter, quia post resurrectionem cepit baptismum obligare sub praecipio, cum antea ellet tantum sub consilio; ex quo non sequitur, tunc etiam primum, fuisse institutum, plura enim multo tempore ante institutum, tunc quam promulgatum. Hinc egregie D. Bonav. 4. d. 2. q. 1. quod Christus non solum instituit baptismum, sed etiam innovavit, antequam institueret, ac denique institutum illum stabilivit, & approbavit; innovavit quidem, quando fuit a Iohanne baptizatus in Iordane, instituit vero, quando ipse, & discipuli eius baptizabant; confirmavit denique, & approbavit post resurrectionem, quando dixit Apostolis Matth. ult. euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Quamvis ergo in nullo alio loco, expressus tradatur forma baptismi, quam in hoc loco, sufficienter tamen colligitur ex c. & Ioan. baptismum fuisse institutum ante Christi passionem, & etiam formam eius traditam.

qui baptismus ante Christi mortem statim post eius institutionem non fuit sub praecipio, sed tantum sub consilio, quia lex evangelica, quae est perfectissima, non debuit praecipititer imponi; sed prius per consilium ad eius observantiam debuerunt homines allici, ut postea exercitatio posset sub praecipio imponi, ergo post eius institutionem non statim fuit sub praecipio, ita nec illam a morte Christi cepit esse sub praecipio, sed tantum sub consilio; Consequenter probat Doct. quia nullus aliter se habet tunc, quam prius ad aliquam legem, vel praecipium, nisi quia aliter sibi est promulgatum; sed a passione Christi statim Evangelica lex, & baptismi praecipium, non fuit aliter promulgatum, ac ante Christi mortem; ergo respectu eius non aliter se habuerunt homines, quam ante Christi mortem; Major patet, quia lex, vel praecipium obligare non incipit ante sufficientem eius promulgationem, quia hoc est de intrinseca ratione legis obligantis, vel saltem necessaria conditio ad eius obligationem, unde apud Iurisperitos commune est axioma, quod lex non obligat nisi promulgata, & hanc promulgationem ajunt tantam esse debere, ut sit sollemnitas, adeo ut non fiat nisi in una, vel altera Regni parte fiat, ut universum Regnum in obligationem inducat. Minor probatur, quia in passione Christi tantum abest, quod publica quaedam, ac solemnis Evangelii facta fuerit promulgatio, ut Apostoli eius praecones futuri ob metum Iudaeorum tunc temporis latitarent, quod Christi mortem, eiusque resurrectionem usque ad Pentecostem nulla talis promulgatio legitur facta, sed Christus toto eo tempore praesentem tantum in Apostolos instruit per qua ratione, & quo modo post acceptum Spiritu Sancto in die Pentecostes Evangelium promulgaret, imo eis prohibebat, ne prius illud promulgaret, ut habetur Actuum 1. & convalescens praecedit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, &c. neque Apostoli usque ad illum diem publice praedicaverunt iuxta illud, quod legitur Lucae 24. vos autem sedetis in illa civitate, donec induamini virtute ex alto.

Respondent Soto, Medina, & alii Thomistae distinguendo majorem, si enim ita intelligatur, ut Scotus intelligere videtur, quod nullus ante promulgationem legis aliter se habet ad legem, quantum ad vinculum obligandi, est falsum, nam statim ac lex in Principem proponitur, obligat, si vero intelligatur, quod nemo constituitur in culpa, antequam legem sciat, si per ipsum non steterit, quo minus illam audiret, est vera illa major, quia illi, qui de lege nihil audierunt, eam non servant, nec peccant, non ex eo, quod non sint ligati, sed ex ignorantia invincibili, qua ad culpa excusantur; Quare dicitur, Scotum gravissime hinc errasse, dum putasse videtur, legem nunquam subditio obligare, nisi cum primum in noticia illorum venisset, quod saltem esse contendunt, quia lex obligare tunc primum incipit, cum Rex publico edito illam in sua Curia proferret, & publicat; licet illi, qui eam legem ignorant, excusentur eam non servant, excusantur enim, non quia lex non obliget, sed propter ignorantiam, quae, si est invincibilis, a peccato transgressio legis excusatur.

15 Ceterum si major illa Doctores bene intelligatur vera est, etiam in primo sensu, quod tempore nullus ante legis promulgationem aliter se habet ad eam, tamen quoad vinculum obligandi, quam ante se habuerit, neque enim Scotus hoc ita intellexit, ut ei Thomistae imponunt, quasi voluerit, promulgationem legi necessariam, ad hoc ut obliget, esse manifestationem talem, ad notitiam uniuscuiusque in particulari provenientem, sed solum asseruit, promulgationem legi necessariam ad hoc, ut obliget, debere esse solemnem, & publicam, adeo ut non sufficiat, ut in sola Curia Regis publicetur, sed promulgari debere per omnes Regni partes, ita ut possit moraliter pervenire ad notitiam cuiusque in particulari, unde lex promulgata in Curia Principis licet vim obligativam habeat, vel in actu primo, tamen non obliget, quae in actu secundo, nisi praefato modo promulgata sit, quod adeo verum est, ut etiam Cajetanus ipse fateri coactus sit, quod si nova lex promulgetur in principali urbe Regni, v.g. Romae, nec Curia Romana procuret, ut promulgata ad ceteras quoque civitates feratur, accusari nec apud Deum, nec apud homines possunt absentes neficij, legitur ut lex vim habeat obligandi debet esse solemnis, promulgata, tamen nepe modo, ut moraliter loquendo ad aures subditoi eius notitia pervenire potuerit, & gratis concedemus, non debere esse tantam, ut unicuique singillatim ad aures fieri debeat, ut praefati Thomistae Scoto imponunt; sufficit enim, si publica habeatur per publicos praecones legis promulgatio, ut moraliter loquendo, vel in omnium notitiam praepara deveniat, vel deventire possint; & haec est promulgatio solennis, quae requiritur ad hoc, ut lex, & praecipium obliget, ut declarat Doct. in hac quaestione a. 2. quae sequitur Recentiores omnes.

16 Tertio probatur, obligationem baptismi generaliter, & quoad omnes incepisse post sufficientem, & solemnem Evangelii promulgationem Orbi universo factam; ita enim expressit Cone. T. id. c. 1. dicitur videtur sect. 6. cap. 4. ubi de iustificatione loquens vocat eam translationem peccatorum de statu peccati ad gratiam, quae quidem in translatio, inquit, post Evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis, aut eius nota fieri non potest, ubi nota da sunt illa verba post Evangelium promulgatum, ait enim Concilium, neminem sine

baptismo justificari posse, non statim post mortem, vel resurrectionem Christi, sed post Evangelium promulgatum; ergo ex Concilio ante Evangelii promulgationem, & praecipit obligat fuisse in die Pentecostes, quia eo tempore Apostoli praedicaverunt variis linguis omni nationi, quia ergo illi promulgationi intererant homines ex omni parte natione, quae sub Caelo est, ut patet Act. 2. verisimile est, illam promulgationem fuisse universalem, & solemnem, & etiam hinc deducunt, uno, eodemque tempore cepisse ubique habere vim suam legem novam, sicut eodem tempore prope Terrarum Orbem fuit abrogata lex vetus, ita ut desineret obligare, & hoc tempore dicitur, fuisse die illum Pentecostes, nam videtur evanescere omnino orbis, quos tunc intererant illi promulgationi, cum statim redirent in patriam suam, hoc totum aliis nationibus significasse, nec amplius obligatos fuisse servare legis caeremonias. Tum quia si non ita dicamus, sequitur haec, nullum potuisse statui tempus, in quo per totum Orbem cepisset esse ita Baptismus necessarius, imo forte nec jam esset, quia recentior plane Evangelium fuit primum promulgatum in India occidentali, nec ante praecedens seculum unquam quidem de eo fuerat auditum; Et probabile est iam, adhuc aliquas esse nationes, ad quas nondum praecones Evangelii penetrarunt, Baptismus autem ante nondum esse, aut recentior cepisse ita esse toti terrarum Orbem necessariam, videtur expressis repugnare Cone. T. id. c. 1. dicitur Cononichus q. 68. art. 2. dub. 2. & sequitur ex parte Poncius disp. 4. quaest. 2. num. 9. ubi ait, post promulgationem Evangelium in die Pentecostes evacuatum fuisse penitus Circumcisionem, & remedium legis naturae statim in toto mundo, quantum ad utilitatem, licet nulli obligarentur ad baptismum accipiendum, antequam sufficienter proponeretur ipsis eius necessitas; nisi enim dicitur, aliquid fuisse tempus determinatum, in quo simul, & semel universaliter debet abrogari circumcisio, quantum ad utilitatem ipsius, sequeretur, quod etiam hodie in partibus aliquibus Orbis, ad quas nunquam Evangelium pervenit, nec mentio de baptismo, non esset baptismus necessarius necessitate medii, quod est contra omnes.

17 Sed urget adhuc non levis difficultas, quando facta fuerit sufficientem, & solemnem Evangelii promulgatio, ita ut ceperit omnes obligare, & an fuerit facta simul apud omnes gentes, vel potius successivae, & aliquo temporis tractu. Dicunt aliqui, facta fuisse in die Pentecostes, quia eo tempore Apostoli praedicaverunt variis linguis omni nationi, quia ergo illi promulgationi intererant homines ex omni parte natione, quae sub Caelo est, ut patet Act. 2. verisimile est, illam promulgationem fuisse universalem, & solemnem, & etiam hinc deducunt, uno, eodemque tempore cepisse ubique habere vim suam legem novam, sicut eodem tempore prope Terrarum Orbem fuit abrogata lex vetus, ita ut desineret obligare, & hoc tempore dicitur, fuisse die illum Pentecostes, nam videtur evanescere omnino orbis, quos tunc intererant illi promulgationi, cum statim redirent in patriam suam, hoc totum aliis nationibus significasse, nec amplius obligatos fuisse servare legis caeremonias. Tum quia si non ita dicamus, sequitur haec, nullum potuisse statui tempus, in quo per totum Orbem cepisset esse ita Baptismus necessarius, imo forte nec jam esset, quia recentior plane Evangelium fuit primum promulgatum in India occidentali, nec ante praecedens seculum unquam quidem de eo fuerat auditum; Et probabile est iam, adhuc aliquas esse nationes, ad quas nondum praecones Evangelii penetrarunt, Baptismus autem ante nondum esse, aut recentior cepisse ita esse toti terrarum Orbem necessariam, videtur expressis repugnare Cone. T. id. c. 1. dicitur Cononichus q. 68. art. 2. dub. 2. & sequitur ex parte Poncius disp. 4. quaest. 2. num. 9. ubi ait, post promulgationem Evangelium in die Pentecostes evacuatum fuisse penitus Circumcisionem, & remedium legis naturae statim in toto mundo, quantum ad utilitatem, licet nulli obligarentur ad baptismum accipiendum, antequam sufficienter proponeretur ipsis eius necessitas; nisi enim dicitur, aliquid fuisse tempus determinatum, in quo simul, & semel universaliter debet abrogari circumcisio, quantum ad utilitatem ipsius, sequeretur, quod etiam hodie in partibus aliquibus Orbis, ad quas nunquam Evangelium pervenit, nec mentio de baptismo, non esset baptismus necessarius necessitate medii, quod est contra omnes.

18 Scotus tamen quaest. 4. c. 5. quantum ergo, quamvis concedat, in die Pentecostes novam legem propter obligat esse, quia tunc incipit solemnis promulgatio Evangelii, & Apostoli ceperit publice Evangelium praedicare, negat tamen in illa die simul, & semel omnes obligasse gentes ubique Terrarum, sed inquit, quod in die Pentecostes misit Spiritu Sancto solemnis praedicaverunt, & apposita sunt animae in illo die circiter tria milia, & baptizati sunt Actorem 2. Inde autem ad alias Civitates secundum ordinem cultibet loco, vel genti erat tempus, in quo ibi publico, & solemni praedicabatur lex Evangelica, ita quod tempus non incipit simul apud quoscunque, sed de Sion exibat lex, & verbum Domini de Ierusalem iuxta prophetiam Isaiae, & quibusdam incipit tempus obligationis ad mensum post Pentecostem, & aliquibus ad annum, aliquibus ad decem annos, & sic deinceps, sicut eis praedicabatur; ita dicitur Doct. loc. cit. ita ut non potest certa regula temporis designari pro singulis locis, sed debet moraliter aestimari sicut moraliter requisitum, quo diffundit possit notitia legis, & hoc ipsum ostendunt, & fundant congruentiam ex Doctore superius allata, quia lex nova non debuit temerarie, & precipitanter induci, hoc enim esset contra suam Deum Providentiam, & inducere onus grave, & non leve; Unde si in legibus humanis saltem praecipit post eam promulgationem in Metropoli antequam per totam provinciam obligent, sufficientes tempus assignari solet, quo publicari possint; tanto magis in lege Dei ita factum esse, putandum est, qui magis in infinitum nostrae compatiatur.

19 Respondent nonnulli ex Adversariis, id cohergere in humanis legibus, quia potestas legislatoris ad populum dependet, & ex acceptance populi vim leges humanae desumunt, non autem ita est de potestate Dei, & lege divina, quia ratione etiam dicitur aliqui, divinam legem non exigere promulgationem, ut obliget. Sed hoc omnino falsum est, & irrationabile, quia lex divina ad impossibile obligare non potest; & obligari, antequam sit regula faciendorum, & praedictum spatium exigat lex ipsa naturalis, & hominis conditio, quod nihil obligari potest, nisi supposito sufficienti notitia, etiam per divinam legem, sic expressit Apostolus ad Rom. 10. Quomodo credent

ordent ei, quem non audierunt? quomodo audient sine p. adicente? quomodo vero predicabunt, nisi mittantur? sed dico, numquid non audierunt? & quidem in omni terra exiit sonus eorum, & in fines orbis terrarum & verba eorum. Unde falsum est, hoc tantum in humanis legibus contingere, eo quod ex acceptatione populi vim obligandi desinant, imo neq; in his hoc universaliter verificatur, quia saepe talis potestas populo non dependet, ut si iure belli aut alio titulo oneroso in servitum tradactus est, vel quando potestas legislatoris immediate a Deo derivatur, & non a populo, ut est Pontificia potestas. Et hec sententia quantum ad obligationem, & promulgationem successivam legis novae est, expressa Divi Bern. epist. 77. cam; & ponit Trident. sess. 6. cap. 4. dicens, baptismum promulgato Evangelio fuisse necessarium; quam etiam sequuntur Suar. loc. cit. & lib. 10. de legibus cap. 4. Bonac. disp. 2. de baptismo q. 2. punct. 2. Aversa q. 98. sect. 8. & 9. & quot quot promulgationem legis requirit, in provincia necessarium esse, ut lex obliget, quod perinde dicendum est de lege nova, quia ut inquit Doct. de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Ierusalem Isaia 2. unde conclusit, quibusdam praeceptis Evangelii, & baptisimo post mensuram post annum, alios post decem annos incepisse. Et Aversa loc. cit. sect. 9. in fine ad universalem, & completam Evangelii promulgationem tempus designat triginta circiter annorum; Alii vero apud Bonacinam putant, universalem obligationem capisse paulo post exitum Ierusalem, quod accidit anno quadragesimo post Christi passionem, quo tempore Apostoli obierant, & Evangelium iam toto Orbe praedicaverant; Et hoc etiam Doct. approbare videtur q. 4. dum loquens de cessatione legalium infra lit. M. inquit; Vel potest aliter dici, quod Deus per Apostolos vel successores eorum determinato tempore simpliciter prohibuit legalia servari, licet de hoc non habeamus in Scriptura, quia historia Scripturae non durat usque illud tempus; istud autem est probabile, quia Ecclesia tenet, quod huiusmodi dicere, legalia currere cum lege evangelica, ut habet extra de baptismo, & eius effectu, c. Materes ita Doct.

20. Ex hac doctrina patet, quod sit dicendum ad fundamentum Conch. & Pontii, negatur enim, ex nostra sententia sequi, nullum habentis potestatem statui tempus, in quo per totum Orbem baptismus ceperit esse necessarius, & fuerit evacuata Circumcisio; nam etiam in nostra sententia tempus huiusmodi est assignatum, licet non aliud determinatum, ut in eo simul, & semel apud omnes nationes evacuata fuerit circumcisio, & baptismus ceperit esse necessarius, sed successivae per aliquem longum & notabilem temporis tractum, ita quod tale tempus non incepit simul apud omnes; Unde neq; ex nostra sententia sequitur, etiam hodie in partibus aliquibus Orbis, ad quas nunquam Evangelium pervenit, baptismum non esse necessarium necessitate media; ut enim supra dictum est, ad hoc ut aliqua lex obliget, & censetur sufficiens promulgata, minimè opus est, quod omnibus, & singulis notificetur, sed sufficit talis promulgatio, ut lex illa possit ad talem locum pervenire, licet de facto non pervenerit; sed evangelium, & per Apostolos, & per eorum successores ita sufficiens est promulgatum per se loquendo, ut potest ad omnium hominum notitiam pervenire, ut constat ex dicto Apostoli ad Roman. in omni terram exiit sonus eorum &c. dixi autem per se loquendo, quia si aliquos non pervenit, hoc est per accidens, neque propter quorundam ignorantiam, qui putabant, fieri non posse transitum ab uno Emispherio in aliud, unde difficillimum, & ferè impossibile videbatur, praedicationem Evang. ad novum Orbem Indorum pervenire posse; at ea, quae sunt per accidens, non veniunt consideranda ad statuendam legis obligationem; & sufficiens ergo Evang. promulgatione facta per totum Orbem modo iam declarato baptismus omnes cepit obligare nationes, & apud omnes esse necessarius necessitate media; Quod si aliqui legem Evang. adhuc invincibiliter ignorant, non sequitur, baptismum etiam apud eos non esse sub precepto; sed tantum sub peccato non teneri ad eius observantiam, nullus enim sub precepto tenetur ad id, quod invincibiliter ignorat, & a peccato excusat invincibilis ignorantia legis; & potest hic casus contingere in Terris adhuc non cognitis, cum quatenus sit, praecipit baptismum etiam ibi currere ob sufficientem promulgationem legis Evang. iam factam, quod si non observant, non peccant, non ex defectu obligationis, sed ob ignorantiam invincibilem, qua detinentur.

21. Dices, dato ergo huiusmodi casu, quem dari posse concessimus l. 31. d. 6. de Virtutibus Theolog. mo. 397. infideles illi nullum remedium habent ad salutem; atque ita Deus eos sine remedio reliquisset, quod divina misericordia consentaneum non videtur.

Respond. Faber lib. 4. disp. 10. n. 35. quod si quis modo esset Iudeus, qui invincibiliter legem ignorat Evangelicam, haberet legem Moysi, & remedium eius, & si esset Gentilis, ut modo multi sunt, haberet remedia legis naturae; in hoc enim casu inquit, remedia legis Moysi pro Iudaeo, & legem naturae pro Gentili, quia lex non obligat nisi promulgata fuerit. Verum sic respondendum non sumus in casu proposito, in quo supponimus, legem Evangelicam esse sufficienter toto Orbe terrarum promulgatam, licet per accidens ad aliquos non pervenerit, quod non officit, sufficie-

re, & solemnitati promulgationis illius; minimè autem afferendum est, post sufficientem Evangelii praedicationem, perveisset sacramenta, vel remedia legis veteris, vel legis naturae, ita ut aliqua Provincia, quantumvis remota, in qua nihil auditum sit de Christo, sufficienter ad justificationem five parvuli, five adulti quia per sufficientem Evangelii promulgationem iam factam, lex vetus evacuata est toto terrarum orbe, & lex naturae, & eius remedia post talem sufficientem promulgationem Evangelii nullam habent vim ad justificandum; quod si ad aliquos hae promulgationem non pervenit id est per accidens, quod proinde non impedit eius obligationem.

22. Respondendum est igitur iuxta dicta superioribus disp. praed. nu. 366. & fuis ad huc lib. 3. d. sp. 6. nu. 397. & 398. & 414. & 435. quod licet post generalem Evangelii promulgationem non remaneret aliud remedium pro originali praeter baptismum, quod apud omnes nationes esse necessarium necessitate media, quod apud naturae legem servaverint, quia infideles illos salvari posse, si nature legem servaverint, quia credibile est, servanti legem naturae datum lumen, & speciale auxilium, quod se valeat ad istum convertere, & tali modo provovum ut habebat baptismum vel in re, vel in voto saltem implicite, modo iam explicato disp. praed. nu. 366. & postet etiam alio modo salvari a Deo sine sacramentis, quia divina virtus absolvet loquendo sacramentis non est alligata, quae responsio consonat dicto Apostoli ad Rom. c. 2. gentes, quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt, ut notat Doct. d. 2. disp. 28. in solutione ad primum principalem de parvulis vero eorum infidelium dicendum est, ut dici solet de iis, qui moriantur in utero matris, etiam inter fideles, & absque communitate baptismi; adulti pariter, qui damnantur, non damnantur ob omissionem baptismi formaliter sumpti, eo quod ignorantia invincibilis praecipit suscipiendi baptismum eos a tali peccato excusat sed proprie loquendo damnantur propter originale peccatum, cuius remissionem non accipiunt defectu baptismi, eis non applicati, tanquam unici remedi per novam legem subrogati loco remedi legis naturae, & scripturae; & pariter damnatur propter peccata actualia contra legem naturae commissa, non vero propter infidelitatem, quia eorum infidelitas est negativa tantum, quae non est peccatum iuxta illud Pauli ad Rom. 10. quomodo credent eis, quem non audierunt? quae etiam fuit doctrina D. Thomae 2. quaest. 10. ar. 1.

ARTICULUS TERTIUS.

Objectiones Thomistarum solvuntur.

23. IN Oppositum contra nostrum assertum, quod baptismi obligatio non ceperit immediate post Christi mortem, vel eius resurrectionem, sed tantum post solemnem, & sufficientem Evangelii promulgationem arguit Thomista. Primo est illis verbis lo. 19. *Conferuntur autem illi*, quibus verbis Christus iam moriturus aperit designavit, veterem legem in sua morte habituram esse consummationem; consummatio autem legis veteris consistit, & in inchoatione legis novae, & in abolitione legis antiquae.

Confirmatur ex pluribus sacrae Scripturae testimoniis, quae significant, legem veterem in Christi morte expressam, ut Roman. 7. ubi Paulus per Christi mortem nos a peccato, & iugo legis proclamatur exemptos, & rursus Hebr. 7. docet, legem fuisse translata in Christum, & reprobata in fuisse praecedens mandatum. Denique arguitur, ex Patribus, inter quos praecipue Aug. & Hieronymus in eo convenisse videntur epist. 19. quod lex veteris expiravit Christo expiravit, & nova incepit.

24. Resp. Doct. loc. cit. sub lit. N. quod verbum illud Christi in Cruce, *Consummatus est*, intelligi debet de his, quae scripta sunt de filio hominis iuxta illud Luc. 18. ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas de filio hominis; Vel si illud referatur ad antiquam legem, sic debet intelligi, consummatus est, tanquam in causa, nam mors Christi causa erat confirmationis legis Evangelicae, sed illa confirmata non fuit, tanquam necessaria ad observandum ante praedicationem ejus publicam, cum non incepit in passione, sed in Pentecoste, tempore enim intermedio sederunt Apostoli in caenaculo, neminem ejus somniet, vel publice praedicant; ita Scotus, ex qua doctrina colligitur, quod legem Christi incepisse in passione, vel morte Christi, potest dupliciter intelligi, vel ita quod lex evangelica tunc incepit quoad necessitatem observationis, ut Thomista intelligit, & hoc modo est falsum; vel quod in morte Christi incepit, tanquam in causa a qua habebat efficaciam, & valorem, & hoc modo verum est, legem Christi in ejus morte, & passione incepisse. Ad confirm. respondet Doct. per idem, quod in morte Christi casualiter expiravit lex veteris, licet non pro tunc, sed pro tempore publicationis huius causae, & legis Evangelicae; Et sic explicandus est Paulus ad Rom. 7. quod intellexit, mortem Christi fuisse causam institutionis evangelicae legis, & liberationis a lege veteri, sed non dicit, in ipso passione articulo obligationem ad novam incepisse, & liberationem a veteri; & sic pariter explicandus est ad Hebr. quod mors Christi fuit causa translatio Sacerdotii, & in ipsa morte Christi facta est huiusmodi translatio casualiter, non

non autem formaliter, & actualiter, quantum ad obligationem novae legis.

Ad ultimum, Aug. & Hieron. in eo tantum conveniunt, quod mors Christi causa fuit cessatio legis veteris, & incepitio legis novae; non tamen conveniunt de tempore incepitio legis novae; imo Aug. epist. 19. cit. exprèsse docet, cessasse legalia, & capisse obligationem novae legis, quando fides post mortem, & resurrectionem Christi est revelata, hoc enim factum est per Evangelii promulgationem; & hoc modo solvi possunt aliae quaedam rationes, & auctoritates à Thomistis adductae pro sua opinione, quae videri possunt apud Fabrum, & Aterinum in praesenti.

26. Secundo arguunt, ex Divo Paulo ad Hebr. 9. ubi inquit, quod Christus Sacerdos in aeternum se obtulit Patri, & in Cruce sacrificium consummavit, & condito novo testamento virtutem veteris abrogavit, quia duo testamento simul manere non poterat ergo evacuato tunc priori testamento cepit statim novum obligare sub precepto. Confirmatur ex verbis Apostoli ibidem cum inquit, *novum antiquaque prius, quod autem antiquatur, & senescit, prope interitum est*; quod factum jam novo testamento in morte Christi, statim cessavit antiquum; Tandem in morte Christi ablatum est antiquum sacrificium; ergo lex vetus ex tunc cessavit quoad obligationem, & nova incepit, ita ut verus Valq. par. 2. disp. 18. c. 2. Salas disp. 2. sec. 4. Lorca disp. 54. Valentia, q. 7. punct. 7. & alii.

Resp. gratis concedendo, Christum in sua morte novum testamentum condidisse, negatur tamen, statim obligasse sub precepto, quia leges non obligant, nisi promulgentur; imò hoc Christi testamentum non fuit totum ante mortem completum, sed post eius resurrectionem ante ascensionem, ut hic Brancatus notavit disp. 13. ar. 1. nam lex de Sacramento penitentiae, quae in novo testamento praecipitur, est, post eius resurrectionem condita fuit, ut habetur Joan. 20. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remissionis peccata, remittuntur eis, &c.* & in scriptis Petri in suum Vicarium post mortem eius facta est ante ascensionem, quando dixit Joan. ult. *per vos meas*; testamentum autem vim obligandi non habet, nec transferendi dominium, nisi postquam perfectum est, & completum, nec non, & apertum, & promulgatum.

Ad Confirmationem dico, ex illis verbis oppositum deduci, non enim dicit Apostolus, quod antiquo veteri testamento statim interierit, sed paulo post, nempe post promulgationem antiquationis illius; non enim dicit, quod factum novo testamento, & veteri antiquato, hoc statim interierit, sed ait, quod *senescit, & prope interitum est*.

Ad ultimum negatur assumptum, nisi intelligatur casualiter, & inchoative, non enim statim, ac Christus novum instituit sacrificium, cepit, antiquum esse malum, sed tantum post promulgationem factam legis de novo sacrificio.

27. Tertio tandem arguit Bonac. disp. 2. qu. 2. punct. 2. obligationem baptismi statim incepisse post Christi passionem, etiam Evangelium non esset omnibus promulgatum, saltem respectu eorum, quibus pro tunc baptismus fuerat promulgatus; quia in morte Christi cessavit lex vetus, & incepit nova; ergo hec tunc obligare cepit respectu eorum, quibus sufficienter erat promulgata; cum enim non statim post Christi mortem obligaverit omnes universaliter, eo quod non esset adhuc completè promulgata, sequitur obligasse statim respectu eorum, quibus iam fuerat promulgata; sicut patet à similibus in legibus Principum, qui prius obligant commorantes in Urbe, in qua leges promulgantur, quam commorantes in vicis.

28. Resp. forte hoc totum concedi posse, nec esse contra mentem Doct. quando enim inquit baptismum non obligasse, nisi post sufficientem Evangelii promulgationem, loquitur de obligatione generali, & quoad omnes, non autem de particulari, & quoad aliquos; etenim ad huc hoc concessio, stat nostra conclusio, legem veterem post Christi passionem non obligasse omnes, ut Th. contendunt, cum non obligaret eos, quibus lex nova non erat tunc sufficienter promulgata; unde iuxta hunc dicendi modum diceretur lex vetus in morte Christi cessasse actualiter quoad eos, qui novam non ignorabant; quoad eos vero, qui novam ignorabant, non cessasse, nisi post sufficientem promulgationem. Verum quia Doct. qua. 4. s. quantum ergo duo tempora distinguit; primum in quo baptismus erat tantum sub consilio, & hoc durasse ait à principio, ex quo praedicabatur Evangelium, & baptismus per Christum, vel per Apostolos, usque ad praedicationem solemnem, & authenticam ejusdem post ascensionem Christi; & secundum tempus, quo erat sub precepto, quod incepisse dicit in die Pentecostes in Hierusalem, quae usque ad illum diem Apostoli non praedicaverunt publice iuxta illud verbum Christi, vos autem sedetis in illa Civitate, donec induamini virtute ex alto, & in die Pentecostes misit Spiritum sancto solemniter praedicaverunt; hac de causa dicendum puto, praedicationem Evangelii post Christi resurrectionem, & ante diem Pentecostes, obligationem non induisse sub precepto respectu auditorum, quia non erat praedicatione solemnis, & authenticae; sed tantum in die Pentecostes, in quo incepit secundum tempus baptismi. Et tunc temporis valet allata similitudo in argumento adducta de legibus Principum, quae prius obligant commorantes in

Urbe, in qua leges promulgantur, quam commorantes in vicis; ita enim inquit Doct. quod hoc secundum tempus non incepit simul apud quoscumque; sed de Sion exibat lex, & verbum Domini de Hierusalem iuxta Isaia prophetam, & quibusdam accepit tempus secundum, ad mensum post Pentecostes; & aliquibus ad annum, & aliquibus ad decem annos, & sic deinceps, sicut est praedicabatur.

29. Hic disputari solet de necessitate baptismi, de qua iam supra egimus disp. praed. art. 5. ubi diximus, esse omnibus hominibus necessarium, non tantum necessitate praecipit, sed etiam media; illud enim sic dicitur necessarium, sine cuius causalitate, sive concursu salus haberi non potest, id autem dicitur necessarium necessitate praecipit, sine quo peccatum cavere non potest, unde prior necessitas finis consecutionem directè respicit, ad quam effectivè concurrat, posterior vero respicit tantum impedimentum ablationem, scilicet, peccati, ut dicitur loc. cit. cum ergo sine baptismo salus obtineri nequeat, ut potè media, directè ad ejus consecutionem concurrere per positum influxum, consequenter dicendum esse necessarium omnibus necessitate media, & non tantum praecipit.

QUESTIO SECUNDA.

Quid sit Baptismus, & in quo eius essentia consistat.

29. BAPTISMUS secundum vim graeci vocabuli loquendum, immersionem, seu lavacrum importat, & hoc vocabulum ex usu omnium, Patrum, & Theologorum impositum est ad significandum aliquod sacramentum speciale legis Evangelicae, quod consistit in quadam ablatione facta sub certa verborum forma significante ablationem animae à peccato; Definietur autem à Magistro sent. 4. dist. 3. *quod sit ablutio corporis exterioris facta sub praescripta forma verborum, quae definitio examinet Scot. ibid. qu. 1. dicens, quod de fundamento signi per hoc sacramentum importari duplex est opinio; prima asserit, aggregatum ex verbis, & ablutio esse significationis fundamentum, id est, hoc aggregatum est id, quod significat animae ablutio; namque secunda opinio dicit, quod fundamentum significationis est sola ablutio exterior, non inde supra, sed ut comitata verbis cum debita intentione prolati; id est, ablutio exterior sic comitata est, id, quod significat ablutio animae interioris; atque iuxta primam opinionem aggregatum ex verbis, & ablutio est baptismi sacramentum, verba autem, & ablutio sunt sacramenti partes; at iuxta secundam, sola ablutio exterior est sacramentum, verba vero nec sunt sacramentum, nec sacramenti pars, sed solum necessario comitatur id, quod est sacramentum; Et subinfert Doct. harum opinionum primam esse vetiorem, & probabilioem, quia si verba non essent fundamentum significationis, vel pars fundamenti, non possent esse signum, neque pars signi, atque adeo non viderentur necessaria ad baptismum, quia cum baptismus sit signum illud tantum est de ejus ratione, quod est signum, vel pars signi; Tum quia prima opinio conformior videtur dicto Aug. dum inquit, *accidit verbum ad elementum, & sic sacramentorum*; igitur ex verbis, & elemento, quo fit ablutio, constat sacramentum baptismi, tanquam ex partibus.*

30. Hoc stante inquit Doct. quod si de essentia baptismi directè sit solum ablutio, non autem verba, sed haec per modum tantum conditionis se habeant, ut docet secunda opinio, five si sacramentalis significatio directè in sola ablutioe consistat, bona esset definitio Magistri; At si verba etiam directè sint de essentia baptismi, & fundamentum adequatum sacramentalis significationis sit prolatio verborum, & ablutio simul, ut prima opinio tenet, tunc non bene eo modo definiretur baptismus, ponendo in definitione non directè solum ablutioem, & indirectè verba; unde tenendo hanc viam, quam dicit, esse probabilioem, quod verba quoque; directè sint de essentia baptismi, & pars fundamenti significationis ejus, ait, baptismum sic defini posse, quod est *sacramentum ablutiois animae à peccato, consistens in ablutioe hominis, & aliquarum consentientis, facta in aqua ab alio ablente, & in verbis certis simul ab eodem ablente cum debita intentione prolatis*. Hanc Scoti definitionem caput Soto 4. dist. 3. ar. 1. q. 1. Valentia 2. dist. 4. qua. 1. ar. 1. Aversa qua. 66. sec. 3. & alii Th. comitant, & involventem particulas, & conditiones superfluas, nempe ut ablutio sit hominis, & abliqui consentientis facta ab alio, & ut verba cum intentione debita proferantur; Quia sicut in definitione sacramenti in communi non oportet ponere has conditiones, quae se tenent ex parte recipientis, aut conferentis sacramentum, & licet sint necessariae, tamen sunt velut extrinsecae, & ita etiam non debent in definitione baptismi per se apponi; ac praeterea hoc ipso, quod baptismus dicitur esse sacramentum, & regenerare hominem, in quo involvuntur omnes conditiones, quae ad vim, & valorem sacramenti communiter requiruntur.

31. Verum, ut constat ex Logica, definitioni relationis in concreto addere conditiones, & rationes fundandi, non est contra artem definiendi relationes, nec contra naturam definitionis datae per additamentum, quae specifica, & propria exponit, & convertitur

etur cum definito; definitio autem baptismi a Doctore data non aliud comprehendit, quam fundamentum, & terminum, & rationes fundam. essentialiter requisitas, sine quibus significatio sacramentalis non subsisteret: ergo ut convertatur cum definito, & sit propria, necessarii addi debent, tam ex parte subiecti, quam predicati, specificationes ad hoc requisite.

Confirmatur, quia ut bene dicitur Hiquens 4. dist. 3. q. 1. in fine; si sumamus definitionem a Magistro traditam, ut sonat, non solum baptismi sacramentali competit, quia si quis baptizaret canem vel aliud animal, ut malefici quandoque faciunt cum prescripta verborum forma, non esset ablutio baptismalis, quamvis esset effectus corporis ablutio cum prescripta verborum forma; recte ergo ponitur in ea definitio, quod sit *ablutio hominis*. Preterea si inivitus baptizaretur, non esset baptismalis ablutio; ergo bene additur *aliqua voluntate consentientis*; Item si se ipso fieret, hoc ablutio, non esset baptismalis; ergo recte additur *ab alio facta*; si esset in alio liquore, non esset baptismalis; recte ergo additur *in aqua*; si iocoso, & sine intentione fieret, nequiesset baptismalis; recte ergo additur *cum debita intentione*; atque illud definitio illa nullam continet particulam superfluum; Et licet definitio brevis esse debeat, adhuc tamen debet esse definitio sufficienter expressiva, & cum ipso convertibilis; Nec definitio definitionis baptismi a Recentioribus allata; quae sunt longiores nostrae, & magis comata, qualis est, quam affert Amicus dist. 11. c. 2. & alii cum ipso, quod est *symbolum sensibile consistens ex aqua naturali, tanquam ex materia remota, & ablutioe, tanquam ex materia proxima, & forma expressiva cum actione Ministri in baptizandum, & trium divinarum personarum in unitate essentiae collativum gratiae regenerativae.*

32. Hec igitur baptismi definitio a Scoto tradita est vera, & propria eius definitio, ut potest data per omnes causas, tum physicas, tum metaphysicas iuxta Arist. monitum; cum enim dicitur, *est sacramentum*, per hanc particulam assignatur genus metaphysicum, est enim baptismus sacramenti speciei; cum dicitur, *ablutionis animae a peccato*, per hoc cum ceteris particulis sequentibus indicatur ejus differentia ab aliis sacramentis; cum additur, *consistens in ablutioe hominis aliquantulum consentientis*, indicatur materia proxima cum subiecto; cum dicitur *facta in aqua*, indicatur materia remota; cum tandem additur, *in certis verbis simul ab eodem ablente cum debita intentione prolata*, assignatur forma, & intentio in Ministro requisita; Quare data per omnes causas, per efficientem scilicet, cum intentione; per finalem, scilicet, ablutioem animae a peccato; per materialem, nempe ablutioem, & verba; & tandem per formalem, scilicet, significationem; ac etiam per subiectivam cum suis dispositionibus, id est, hominem aliquantulum consentientem; datur ergo per omnes causas, tum physicas, cum metaphysicas, atque adeo cum explicet essentiam baptismi, tam physicam, quam metaphysicam, omnibus numeris absolutis ceteri debet, ut autem ejus essentia physica magis pateat, materia, & forma baptismi sequentibus articulis expressio est declaranda.

ARTICULUS PRIMUS.

De materia remota, & proxima sacramenti baptismi.

33. Primum statuumendum est, solam aquam simplicem, naturalem, & elementarem esse legitimam materiam remotam sacramenti baptismi; Ita de fide definitum est in Conc. Florent. & Trident. sess. 7. can. 2. de baptismo, & habetur ex pluribus Scripturae locis, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Sp. S. Joan. 3. Ecce aqua; quod prohibet me baptizari; Actuum 8. mandans eam lavacro aquae; ad Eph. 5. Nec aliter potest probari conclusio, inquit Scotus, 4. dist. 3. quest. 3. sic dicitur, nisi ex voluntate Christi instituentis aquam veram, & naturalem pro materia baptismi; ut patet Ioan. 3. Matth. 3. subdit verò, hujus institutionis apertas esse congruentias, quia aqua est frigida, fluida, lucida, necessaria, & communis, quae proprietates illi humori conveniunt, in quo debet fieri baptismus, quia est ad reprimendum usum concupiscentiae, ad succedendum rigorem inobediendi, & illustrandam claritatem fidei, ad introducendum in viam salutis; & hoc sacramentum est commune omnibus, & cum sit sacramentum necessitatis, in ea materia debuit institui, quae ubique reperitur. Quando autem dixit Io. Baptista Matth. 3. venturum Dominum, qui baptizaret in Spiritu Sancto, & igne, non de materia huius sacramenti loquitur, nec ignis ibi capitur proprie, sed metaphoricè, quatenus significat, quod baptismus Christi conferat ignem charitatis, & gratiae, quae baptismus Ioan. conferre non valeat. Hinc sequitur, pro hujusmodi materia baptismi sufficere omne genus naturalis aquae, sive ea sit maris, sive fluvii, paludis, putei, fontis, pluviae; aut ex nive, & glacie resoluta, & denique quae cumque elementarem aquam, quae non sit substantialiter immutata; & hanc ita necessariam esse, ut non sufficiat quicunque alius liquor, quamvis aptus ad lavandum, & quamvis similis aquae naturalis, ut fuscè tradit Doctor loc. cit. & alii Theologi passim.

34. Secundo statuendum est, materiam proximam huius sacramenti esse ablutioem aquae; ita communis Theologorum senten-

tia, est, quae de se clara, nam baptismi nomen proprie dicitur ablutioe, nec baptizatur quis, nisi dum ablutitur; & intelligitur ablutio hic inquit Doct. loc. cit. ut non tantum sicut aqua dicitur, lavare corpus quasi formaliter, sed sicut homo dicitur lavare corpus cum aqua quasi proprie activè, non solum sicut aqua dicitur ab aqua, quae est quasi ablutio formalis, non est instituta tanquam signum, vel pars signi, sed ipsa lotio effectivè facta ab aliquo abludente oportet, quod sit ibi ablutio, ut importet a motionem forsdum a corpore per contactum aquae, sed sufficit motio in communi dicta corporis ab aqua alio hoc agente, quod nihil aliud est, nisi quod oportet istum contractum corporis ab aqua fieri ab alio causante istum contactum. Ex quo deducitur, hanc ablutioem consistere in contractu successivo corporis, & aquae, vel scilicet, corpore per aquam traducto, ut si fieret per immersionem eius in aquam; vel aqua fluente per corpus, ut si fieret per aspersionem, vel infusionem aquae super corpus, quare si corpus existeret in motum intra aquam, aut aqua circa corpus immota, non diceretur corpus abluè effectivè, vel ab alio, sed tantum per aquam formaliter, nec id ad baptismum sufficeret; requiritur ergo contactus successivus per modum flatus; & requiritur etiam, quod sit immediatus, id est, quod immediatè tangat corpus; unde non sufficeret circa vestes, aut si quis ablueretur corio inclusus. Quid verò dicendum sit de infante pelle secundina contexto, summi huius disputant, alii affirmantes alii negantes, esse bene baptizatum, cum ea pelle nulli modo sit pars corporis; attamen ut inquit Averfa q. 64. scilicet, 4. si velitis, aut membrana illa esset adeo subtilis, vel porosa, ut aqua ab ipsum corpus permearet, & circa illud flueret, tunc validus esset baptismus; aut si res esset dubia, deberet sub conditione repeti.

35. Tertio, quia ablutio potest considerari ex duplici capite, & quatenus activè exercetur ab eo qui abluè; & quatenus passivè recipitur in eo, qui abluètur, quæstio est, an ablutio, quæ est materia proxima huius sacramenti, sit ablutio actio, vel potius ablutio passio; Suarez, Soto, Valentia, & alii dicunt, essentiam baptismi consistere in ablutioe passivè sumpta, quia constat ablutioem habere rationem sacramenti, quatenus in baptizato suscipitur. Tamen verò to. 4. dist. 4. q. 1. dub. 2. & alii dicunt, ablutioem potius, prout est activè a Ministro abludente constituere rationem sacramenti; quia prolatio verborum utique prout est activè a profertente constituit sacramentum, ergo similiter ablutio, quem etiam dicendi modum Averfa q. 6. sec. 3. tr. ubi Scot. 4. dist. 3. q. 3. sic dicitur, Coninch, verò, Vasquez, & Abra. quos referet, & sequitur Averfa loc. cit. afferunt, ablutioem secundum utrumque respectum, scilicet, & quatenus recepta in baptizato, & quatenus exercitã a baptizante esse substantialiter de ratione baptismi; quia pariter de necessitate baptismi est, ut aliquis abluat, & aliquis abluatur; ergo pariter penes utrumque respectum debet ablutio esse de ratione baptismi; Denique Baldus q. 2. de baptismo dist. 1. inquit, quod licet in collatione baptismi intercedat actio, & passio, tamen in eis ratio baptismi non consistit, sed in applicatione aquae corpori baptizandi, quæ applicatio formaliter consistit in nudo, & solo tactu.

36. Dicendum est, ablutioem, quæ est materia proxima huius sacramenti, non esse ablutioem actionem, sed ablutioem passionem; ita Doct. 4. d. 6. q. 2. sub D. quod ibi probat, quia si baptismus esset ablutio; quæ est actio, sequeretur, quod si Minister simul, & eadem aspersione plures baptizaret, esset ibi unicus tantum baptismus, quia esset unica tantum actio, quod est falsum; & e contra, si duo activè baptizarent unum hominem, sequeretur, plura ibi esse sacramenta, quia ibi plures interveniunt actiones, quod etiam est falsum, quia homo ille unum tantum susciperet baptismum, sicut una est tantum ablutio passiva.

Consequenter, quia baptizatus proprie suscipit sacramentum, suscipit autem ablutioem tantum passivam, & non activam, nisi ponatur idem realiter. Denique quia si baptismus in ablutioe activa consisteret, etiam Minister sacramentum reciperet, quia in sententia nostra, ut dictum est in physico, actio est in agente, tanquam in subiecto, non autem in passivo, actio enim denominat subiectum, in quo est, denominat autem agens, & non passum.

37. Neque Doct. oppositum docuit loc. cit. d. 3. q. 3. siquidem ibi docet, solum ablutioem per contactum, quasi effectivè, non formaliter, esse materiam proximam huius sacramenti, ceterum an hæc ablutio effectivè sumpta sit in agente, vel in recipiente; nec verbum quidem; & quando ibi dicit, quod materia huius sacramenti proxima est ablutio effectiva, non formalis, debet ita exponi, hoc est, ablutio facta ab aliquo abludente, non enim ipsa ablutio passiva simpliciter sumpta, quam Doct. ablutioem formalem appellat, sed ablutio effectiva ab aliquo abludente est materia baptismi proxima. Heq. rationes pro alia opinione urgent, quia distinctio illa actionis, & passionis, quæ cadit in ablutioem, non cadit ita commode in verborum prolationem, hæc enim ita exercetur a profertente, ut non recipiatur in suscipiente, sicut recipitur ablutio; Et quamvis de necessitate baptismi pariter sic, ut recipitur ablutio; & aliquis abluatur, non sequitur, penes utrumque respectum dici debere ablutioem de ratione baptismi, sed rationes adductas, quod tãdè Baldus

Baldus aiebat applicationem aquae corpori baptizandi in qua ratio baptismi consistit, in nudo; & solo contactu consistere, non autem in actione, & passione, licet ibi interveniant, hæc totum, inquit, sine ullo fundamento dicitur, successivus enim tactus tangens haberi non potest sine tactu, aliquod enim tangitur; ergo contactus iste sine actione, & passione concipi potest; ergo nequit applicatio aquae corpori in contactu consistere, quin eo ipso actionem, & passionem involvat.

38. Quarto, quia ut supra innuimus, ablutio dupliciter exerceri potest, ut passim Theologi docent, uno modo per immersionem, seu effusionem aquae in corpus; alio modo per immersionem corporis in aqua; & consuetudo Ecclesie utroque modum in diversis locis observat, & præsertim servanda est consuetudo cuiusque loci; dubitari solet, nisi postea motus ablutendi soleat observari, sit de necessitate, & valore sacramenti, ut post immersionem sequatur emersio; vel etiam valeat baptismus, si proiciatur, & submergatur infans in puteum, vel in fœnum cum prolatione verborum. Communis opinio tenens non esse de necessitate sacramenti emersionem, sed valere baptismum, licet per projectionem, & illam immersionem putat sufficere, etiam verè, & proprie ablutioem baptismi idoneam, quamvis illicitam, iniquam, & mortificam, dum modo profertur integra forma ante motum infantis; ita communiter Recentiores, Suarez, V. q. Nugens, Coninch, Lavman, Bonacina, Hurtad, Capensis, Valentia, Surianus, Diana, Ledesma, Averfa, & alii passim, quorum fundamentum est, quia illa immersio verè, & proprie est ablutio; si enim infans polluitur, si foribus, & sic immergatur, mundabitur abluè, quod dubium, ablutio ergo, & consequenter baptizabitur, quia ad baptismum sufficit ablutio, & cetera ad sim.

Confirmatur, quia si super infansem in aqua latentem super infundat quis tantam aquam copiam, ut cum eorum trum relinquitur, tunc verè baptizatur, & cetera ad sim, ergo similiter, si illam proiciendum submergatur, Nec obstat, quod illa, qui sic baptizatur, occidat, & animum occidendi habeat, dum modo simul habeat animum baptizandi; sicut si quis, ac servidus, & venena baptizate infantem animo simul cum occidendi intentione perficeret sacramentum. Denique quia quisvis in tali causa sequatur submersio, & motus infantis, nihilominus infans potest verè dicitur ablutus, & baptizatus, quia baptismus non ordinatur ad vitam corporis, sed animam. Unde si Sacerdos mergetur Catholicum in fontem, ex quo eum casu extrahat nequit, sed submergatur, modo ad se intentione baptizandi; & cetera ad sim, verè baptizatur; ita præsertim arguit Suarez dist. 20. sec. & Vasquez dist. 40. cap. 3.

39. Opposita sententia est Scoti 4. dist. 4. q. 3. ubi in quodam corollario dicit, quod si parvulus esset projectus de ponte, non esset baptizatus, quia hoc modo non est ad vitam ordinatus, sed ad mortem; quæ etiam communis fuit apud Antiquos Riccard. P. ludan. Maril. Holcæ. Alucent. Silvest. Arnil. & alios; hanc tenent Scoti, & omnes tãto Veteres, quam Recentiores Poncius, Centinus, Aretinus, Hiquens, & alii, uno excepto Brancato, qui dist. 13. ar. 3. ait, locum modo citatum habendum esse pro, & extra, licet pro tali non sit signatus, & in hac re standum esse doctrinæ, quam infans habet, d. 5. q. 3. ubi quærens, an si sit periculum vite corporalis suscipiens, possit baptizari, respondet, sub A. quod ad adsum signa certa mortis, v. g. si non ad se, & non possit baptizari, nisi de ponte propellat, nullo modo debet propelli, quia peccabit mortaliter occidendo, & quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in seipso, quam querere salutem proximi, quia ordinata charitas magis est ad seipsum; ita Doctor ibid. ubi ut patet, dicit, quod non debet hoc facere, ut dicit, quod non valide faceret, nisi supponit, quod valide faceret, cui inquit, quilibet teneri magis peccati vitare, in seipso, quam querere salutem proximi; & non liceret sic baptizare, quia committeret homicidium, & non potest cum suo peccato cavere damnationem proximi; Si autem Scotus teneret, submersionem non esse baptismi materiam, dixisset statim non licere, quia nihil faceret; & sic melius deterruisset ministrum, si submergendo, quia frustraretur suo fine, & esset homicida; at Scotus hoc tantum secundo motivo deterreret, quod, scilicet, esset homicida, illam verè sequentem Scoti responsione, quod, scilicet, talis projectus non esset baptizatus, quia immersio debet esse cum emersione, & ablutio debet esse ordinata ad vitam baptizandi, non ad mortem, ait, esse doct. Riccardi, ut notatur a Marginis, quæ propter conclusionem, & ceteros Scoti, in hoc esse deceptos; & Recentiores Scotum citantes pro hæc opinione.

40. Ceterum verè similis est, hæc solus Scotus sententia esse deceptum in Scoti intelligentia, quia quærens omnes, quia plus videt oculi, quam oculus; Et quidem Scoti sententia in hoc punctu, potius atrecti debet esse primo loco a nobis adducto, d. 4. q. 3. quæ in secundo d. 5. q. 3. quæ in hoc secundo loco non agit de hoc puncto, an infans de ponte projectus esset verè baptizatus; sed datur quod esset verè baptizatus, quærit, an in tali casu deberet quis ministrare baptismum, & inquit, quod non quia peccaret mortaliter, & esset homicida; unde patet ibi, Scot. rãtu modo locuti de debito ministrari, non vero de valore sacramenti, & quæsi quod sit de hoc, scilicet

ceteræ valore sacramenti, inquit, quod etiam supposita sacramenti validitate, non debet quis in tali casu sacramentum ministrare, quia peccaret mortaliter, & esset homicida; Et quidem movendo tale quæsitum, debet Scot. suppositionem facere de sacramenti validitate, an scilicet data hæc hypothesis, deberet in tali casu quis sacramentum ministrare, quia hæc hypothesis negata, frustra tale quæsitum moveretur, an in eo casu posset quis licite sacramentum ministrare; de se enim patet, hypothesis illa non admitti, licet id fieri non posse, quia ultra peccatum homicidii invalidum esset sacramentum. Imò hoc etiam aliud motivum de invaliditate sacramenti tangit Doct. in sequenti responsione, quam Brancatus a margine motus inquit, esse Riccardi, appositè, inquam, eam doctrinam adducit, quæ tunc temporis communior erat, quia ultra certitudinem peccati committendi in tali casu, dubitari certum potest, cum fundamento de validitate sacramenti, cum ergo certum sit peccatum ex parte Ministri, neque certus sit fructus, aut valor baptismi respectu infantis, sed omnino dubius ob controversiam in hoc puncto de sacramenti validitate veritè, tollitur ex hoc motivum de salute certa infantis, ac proinde illius actio in practica quæ de divinum præceptum de non occidendo abstrere debet, & periculum ipsum de nullitate sacramenti, ut ibi Hiquens advertit, ex quo patet, Doct. ex utroque motivo ministrum abstrere a tali actione, & non ex uno tantum, ut dicebat Brancatus.

41. Hæc igitur est vera, & germana Scot. sententia in primo loco citato, scilicet, 4. d. 4. q. 3. quæ ibi inter alios Scot. egregie defendit Hiquens, & probatur ratione Doct. ibidem, quia baptizatio baptismi ordinatur ad vitam, & non ad mortem, per se loquendo; nec verè simile est, Christum pro materia huius sacramenti materiam ordinalem, quæ ex natura sua est ordinata ad mortem corporalem, qualis est submersio; Nec respondere videtur, quod verè sit materia committeri, quia vita ordinatur baptismum, est vita anime, & non corporis, quia non intelligit Doct. ablutioem baptismalem ordinari ad vitam corporalem in eo sensu, quo interpretatur Suarez, & Vasq. sed intelligit, institutionem divinam limitatè pro materia huius sacramenti talem ablutioem, quæ ex natura sua, & per se sit copabilis est vita corporalis, nec videtur esse pro materia huius sacramenti assumptæ ablutioem, quæ ex natura sua sit ad mortem corporalem ordinata, & hoc per ordinatam vitam intelligit Doct. hoc enim ad statum ejus providentiam spectat, & Christus sacramentorum instituit, & sic sacramenta instituit per virtutem, quam corporalem per materiam sensibiles consequitur, arguamus insensibilem gratiam, quam conferunt anime, unde fides in aqua hoc sacramentum esse institutum, cum sit vita corporalis maculas abluè, ita & spiritualiter, si patet, ita materia huius sacramenti vitæ spiritualium præstare debet, hoc per se tantum corporalis inuenire debet; in casu autem posito tantum abluè, ut ablutio vitam corporalem juvet, & fovet, quod potius ex natura sua eam destruit; Et plane cum videmus, hoc modo Christum materiam aliorum sacramentorum instituisse, scilicet, cum quadam propotione vite corporalis ad spirituales, scilicet, enim panem, & vinum materiam Eucharistie, ut indicaret, sic enim panem, & vinum, quod oleum materiam extremæ Unctionis instituit, ut sit oleum athletæ unguentum, ut fortius pugnet, sic nos dicitur in casu morte, sicut unguimur, in corpore, sic gratia Dei ungeremur in anima; inquit, pariter de sacramenti huius materia, si est dicitur, dicitur de ipso submersio non vitam, sed mortem parat corporalem, non est censenda apta huius sacramenti materia, quia vita designari debet non interitus, ut bene dicitur Centinus dist. 3. c. 2.

42. Deinde talis submersio infantis in fœnum, vel puteum proprie, & secundum communem loquendi modum non dicitur ablutio, tenim in communi modo loquendi id abluè dicitur, & lavari quod vel non totum immergitur, vel immergitur emergit statim, nec lapis, quæ Adversarii in exemplum adducunt, in profundum putei, vel fluminis deiectionis rigorosa significatione dicitur ablutus, sed male factus ex aqua per submersioem; Tum quia, ablutio baptismalis proportionem habet cum sola ablutioe forsdum, salva submersio rei abluè, in hæc enim designatur proportio similitudinis materiam baptismi cum effectu spiritali, seu ablutioe anime, sed projectio infantis in fœnum secundum communem usum loquendi non censetur ablutio a forsdum, sed merito infans, quæ ex natura sua ordinatur ad mortem eius, non autem ad ablutioem, per quam animæ tolluntur salva substantia, vita baptizatur, non ergo censenda est illa materia baptismi materia, Tandem etiam illi immergitur potest dici ablutio, non tamen est, talis, quæ instituitur, est materia baptismi, hæc enim non debet ablutioem comprehendere, quæ per se, & ubique est nociva, mortifera, & peccaminosa, quia id plane derogaret, non solum per se, baptizantem, & Ministri, sed etiam sacramentum, & cultui Religionis, quæ ratione quamvis cõfessio sit materia sacramenti penitentiæ, & quamvis cõfessio per litteras ad naturam actus iudicialis sufficeret, in quo institutum est tale sacramentum; at hæc tãcè invalida talis cõfessio censetur, nec sacramentum institutum ad eam extenditur, quia præiudicat reo, ac fidei, & reverentiæ sacramenti; vide alias rationes apud Hiquens.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quæstio quoad primam partem.

rum si propterea, quod hæc particula in nomine idem significat, quod in virtute, vel auctoritate, non potest ex illis locis colligi, quod baptismus daretur ab Apofolis sub hac forma, in nomine Christi, sequitur, quod nequæ verbis Marth. ult. baptizantes eos in nomine Patris, &c. colligi possit, baptismum esse sub illa forma conferendum, quia illa particula, in nomine, hic, & ibi eodem modo interpretari potest; ita quia Nicolaus Papa primus, ut reuertitur de Consecrat. dist. 4. ex illis locis colligit, Apolos baptizasse sub illa forma, in nomine Iesu Christi. Tum tandem quia, quando Scriptura loquitur de sacramentis, non solum debemus intelligere, quod verba, quæ ibi ponuntur, sunt forma sacramenti, sed etiam quod nulla alia verba sunt forma, nisi aliud ex traditione Apofolorum Ecclesie accepit. Sed de hac re videatur Scot. nostri Faber in 4. disp. c. 3. Brancatus disp. 12. ar. 5. Aretinus in 4. d. 3. q. 2. ar. 10. Hiquæ ibidem, qui late hanc materiam tractant, & Recentioribus occurrunt, uno excepto Centino, illis adhaerent disp. 4. c. 3.

56 Sexto ulterius queri solet, an baptismus collatus sub hac forma exprimitur Trinitatem personarum sub aliis nominibus, scilicet genitoris, geniti, & procedens ab utroqueque validus, & Theologi nonnulli asserunt, esse validum, quia hæc nomina videntur synonyma fore quoad principale significatum cum Patre, Filio, & Spiritu Sancto, quia in idem recidunt Pater, & Genitor; Filius, & Genitus; Spiritus Sanctus, & procedens ab utroque, unde illa mutatio non est substantialis, sed accidentalis; ita Cajetanus, Victoria, Caspensis, & alii Recentiores probabilem putant. Scot. tamen loc. cit. sub H. aperte docet, nec licite, nec valide posse sic Trinitatem invocari, quia non servaretur forma à Christo instituta; & ratio est, ait Doct., quia sicut Deus dederat Judæis nomen divinum essentiam significans sub propria ratione, scilicet Tetragrammaton, ita Christus dedit Ecclesie nomina personas divinas significatæ sub propriis rationibus, & sub illis invocari debent in exercitio baptismi, & talia sunt hæc nomina Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; & ab utroque procedens, non significat divinas personas sub propriis rationibus, sed tantum earum notionem, & originationem. Ex quo patet, falsum esse quod illa nomina sint synonyma proprie loquendo, quia verba illa dicuntur synonyma, quæ eandem rem significant, & sub eadem ratione, ad diversa sunt significatæ illorum nominum, quia Pater, Filius, & Spiritus Sanctus significant propriam eorum rationem personalem; at Genitor, Genitus, & ab utroque procedens significant eorum notionem, & originationem; & idem docuerunt S. Th. q. 66. ar. 1. ad 7. S. Bon. 4. d. 3. q. 3. ar. 2. Aletius qu. 8. memb. 3. ar. 3. & hæc est communis apud Recentiores, & Summistas; Unde sustinentur opinionem oppositam, quia nostra est communis sententia, dicunt, nulli licere à consueta forma decedere; & addunt, quod si contingat, aliquem fuisse baptizatum sub ea forma, genitoris, geniti, & ab utroque procedentis, iterum baptizandum esse sub conditione, ita Caspensis disp. 1. de baptismo sect. 3. in fine, & alii, qui dicunt, eam sententiam esse tantum speculative probabilem, non tamen in praxi ponendam.

57 Postremo queri solet, an baptismus sit validus, quando administratur cum aliqua verborum mutatione; circa quæstionem solutionem varias assignat regulas Scotus loc. cit. generalis autem regula hæc est, & ab omnibus communi calculo recepta, quod quando contingit substantialis mutatio in verbis, ut si verba assumerentur sensum distinctum importantia à sensu, qui continetur sub verbis formæ; tunc invalidum censeri debet sacramentum; si verò mutatio sit tantum accidentalis, tunc validum adhuc est sacramentum, ut satis constat ex regulis generalibus assignatis disp. præced. de sacramentis in genere.

QUESTIO TERTIA.

An possint plures eundem hominem baptizare, & unus plures.

58 Quamvis soli Presbytero ex officio, ex vi ordinis, & consecrationis ministrare baptismum incumbat; & Diacono etiam ex vi ordinis, & commissione Presbyteri, & Parochi, in casu tamè extreme necessitatis pueri periclitantis, quævis persona humana rationis particeps, vir, aut femina fidelis, aut in fidelis etiam licite baptizare potest, dum modo possit illi abluere, & legitimum formam præferre eam debita intentione faciendi, quod facit Ecclesia, ut docet Scotus 4. d. 6. q. 1. & licet antiquis tæpibus multis etiam Ecclesie Paribus hæc res fuerit sub dubio; modo tamen ab ægypto periculo negari non potest, cum id fuerit expressè definitum ab Innocentio Tertio in Concilio Lateranensi cap. Firmiter de sima Trinitate, & fide catholica, & ab Eugenio Quarto in suo decreto fidei; Cuius rei cõgruentia est maxima huius sacramenti prædicta requiritur valide ministrari posse. Hoc itaq; possunt, tanquam de fide, querere modo, an plures ministri valide possint simul unum baptizare; & an idem minister possit valide plures simul baptizare, quod sequentibus articulis resolvendum est.

sacramenta, eorumque ministris esse causas duntaxat morales, respectu illorum effectuum, qui effectivè, & physicè sunt à solo Deo, ut à causa principali; & nullum esse inconveniens, plures morales causas totales simul concurrere ad eundem numero effectum, patet de duobus consiliis uni datis, à quibus quis movetur ad faciendum unum numero actum; & de duobus precantibus, vel duobus meritis, quibus primum indistinctè movetur ad dandum idem numerum, quod singulis deberetur; ita dicitur lib. 6. c. 63.

62 At statim infra n. 65. eandem replicans discutitur, quod vel illa plura baptismata essent causæ totales, vel partiales, non secus, quia quodlibet eorum habet, quicquid requiritur ad totalitatem causæ; neque primum, quia eadem absurda, quæ sequuntur de pluribus causis totalibus physicis respectu eiuſdem effectus, sequuntur etiam de moralibus. Respondet, secundum se esse totales, cum verò sic uniantur, cum habeant suum esse integrum sacramenti, evadunt partiales, & quodlibet eorum est partialis motum Dei ut ponat gratiam unam numero. Ubi nova apparet contradictio huius Auctoris in eadem pagina, nam supra dixerat, illa plura baptismata esse causas totales, respectu gratiæ, quia hoc non repugnat in causis moralibus; & plura post dicit esse causas partiales; Neque solus hic Scotus ita confusè loquitur in hac materia, sed etiam Centinus d. 5. c. 2. a. 1. ubi tandem huius argumenti profratruſ conclusionem nullam in tali casu fieri baptismum. Rubeus verò noſter par. 2. contr. 15. mote suo planè in intelligibilia dicit; & hiquæ tandem in præfati valde hæſitat de mente Doct. & in eodem opinione inclinatè videtur, quod essent plura baptismata.

63 Ut autem in hoc puncto dicam, quid sentio, planè mihi non videtur hæc quæſtio tanti esse momenti, & quodcunq; dicitur facile admitteri posse, nempe quod essent unum, vel plura baptismata quod obvio exemplo declarari possent de ramo viridi tabernæ appenso pro venditione vini, si enim non unum essent appendere tantum, sed plures, si quætar, an in tali casu tantum plura signa venditionis vini, vel unum; & si concedatur esse plura, an singula moverent totaliter ad emptionem vini, vel solum partialiter, planè in tali casu parum refert, si hoc vel illo modo dicitur; possunt enim dici plura signa, quia non repugnat, plura signa esse imposita ad idem numero significandum; & possunt etiam dici unum signum, quia non repugnat, eandem numero relationem rationis supra diversam numero, ac etiam specie fundamta fundari, ut dicitur est disp. præced. q. 1. explicando rationem sacramenti in communi; unde ratione unitatis significacionis, & significati plures illi rami appensum unum duntaxat signum vendicionis vini constituentur formaliter, nec essent plurimum materialiter; Si etiam poneretur esse plura signa, si dicantur omnia, & singula esse causas totales, vel partiales vendicionis vini, ut quæ; etiam bene diceretur; primum quidem bene diceretur, quia licet intelligitur, in causis moralibus poni unum effectum ex pluribus causis totalibus, ex pluribus meritis, seu meritis, aut parentibus, ac specialiter ex pluribus signis in idem tendentibus; Secundum etiam bene diceretur, quia licet quilibet ramus tabernæ appensus possit esse causa totalis vendicionis vini, & motum totale, si solus exponeretur, tamen si cum aliis simul exponatur, potest dici causa partialis, & motum partiale, quia homo transiens, & plures illos ramos videns expostus ad indicandam vini venditionem, non debet moveri potius ab hoc ramo quàm ab alio, & consequenter dicendum esset, quod singuli essent tantum causa partialis, & partialiter moverent hominem ad vini emptionem.

64 Sic ergo patet dici potest in proposito de illis pluribus abluionibus, & verborum prolationibus in casu posito, quod plures simul, & semel baptizant eundem; potest enim dici duplex baptismus, si duo baptizantur, si quidem est duplex opus totale, & perfectum cum re, & adæquata distinctione, unus tamen, & idè esset effectus ab utroque productus, nempe unus character, & una numero gratia, & non maior; quàm dum unus solus minister baptizat; dici etiam potest duplex significatio, & duplex vis causativa talis effectus, quævis enim res significat, & causat se una, & eandem, tamen optimè potest esse duplex eius signum, duplex causus, & sic duplex significatio, & vis causativa moralis; duplex tandem dici potest causa totalis, vel partialis; cum enim in causis moralibus facile intelligatur, poni unum effectum ex pluribus causis totalibus, ut dicitur, esse potest utraq; causa poni totalis; siquidem cum Deus sua institutione promittat, ad exhibitionem talis signi talem conferre effectum, quodcunq; contingat, plura simul talia signa in ordine ad idem subiectum à pluribus exhiberi, virtute talium signorum suam adimplet promissionem, & confert ministerium effectum, & à singulis totaliter movetur. Potest etiam quælibet dici causa partialis, quia licet quilibet minister esset causa totalis, si quis faceret, quod facit, & tamen quia Deus non debet potius moveri per factum unius, quàm alterius, præſtat dicere, quod movetur per factum utriusq; & consequenter utrumq; esse causam partialem tantum movendi Deum, qui solus est causa physice gratiam producus, & character; ut Ponc adnotavit d. 42. q. 5. n. 2. 1.

65 Adhuc tamen præſtat dicere cum Doct. loc. cit. lib. D. si plures, in Quæſt. Sentent.

res eundem baptizent, unum esse baptismum, & non plures, quia sacramentum baptismi magis est baptizatio passiva, quàm activa; in casu autem posito licet sint plures baptizaciones activæ, unica tamen est passiva, sicut unum tantum est baptizatus; & si actio ponatur in agente, sive absolute, sive respectu ad passum, falsum est diversis actionibus semper passionem correspondere diversas. Quod si contendas, propositionem hanc esse univèrsaliter veram, quod cuilibet actioni correspondet sua passio, atque idè ibi sunt plures baptizaciones activæ, erunt quoc; plures passivæ, & consequenter plura baptismata. Tunc dicendum cum Basilio loc. cit. hinc sequi, tantum esse plura baptismata materialiter, sed esse adhuc unum tantum formaliter, quia in omnibus istis baptizacionibus passivis fundatur unus tantum respectus rationis, qui est signi ad gratiam signatam, etiam unus numero, quod bene possibile est in respectibus rationis, ut supra dictum est; quam rationem late prosequitur, & declarat Vaf. disput. 148. c. 2. ubi unitatem baptismi in tali casu ex unitate significacionis deducit, quæ est formalitas sacramenti, cum enim in diversis rebus una tantum numero significatio reperitur, unum numero sacramentum erit; in proposito autem plures illæ abluiones, & prolationes à diversis, unam gratiam, & unum characterem significarent, ac proinde significati one una unum sacramentum esset. Deniq; hoc idem confirmat Amic. disp. 11. de Baptismo sect. 4. nam omnes illæ abluiones, & prolationes ad unum effectum in anima baptizandi causandum ordinarunt, in ordine ad quem omnes illæ abluiones, & prolationes numericam unitatem accipiunt; non secus, ac multæ partiæ consecrata ab eodem sumptæ non sunt plura, sed unum sacramentum pro ordine ad unam refectionem spiritualem, quam mediante una commelione, illæ ordinarunt. Et hoc est, quod jam pridem diximus disp. 8. phys. q. 3. art. 2. n. 68. in hoc proposito, Deum inſtituisse ad exhibitionem talis signi inducere in baptizato effectum supernaturalem, sive hoc exhibeatur ab uno Ministro, sive à pluribus, quia id non importat in signato, respectu signi physicam, & essentialem dependentiam, quam tantum negamus, in effectu ad plures causas totales, & sacramentum unum aquè constituitur ex abluione, & verbis ab uno, vel pluribus prolatis, quia ad unitatem sacramenti non videtur, necessario requiri abluio, & prolatio verborum ab uno tantum Ministro; & hæc sententiam, ut Scoti genitum, defendunt Faber, Poncius, Aretinus, & alii Scotistæ passim, ac Recentiores quamplures.

66 Secundo principaliter, in secundo casu jam posito ab initio articuli, si plures unum baptizent, ita ut unus alterum preveniat in absolvenda forma cum appositione nomen, latenter omnes, baptismum à primo collatum esse validum, & ab ipso solum consequentiali tero nihil efficiente. Ratio, quæ omnes utroque, hæc est, quia subiectum semel baptizatum incapax est ulterioris baptismi, cum hoc sit de numero sacramentorum irreiterabilium; ergo quicquid postea sit ab alio Ministro abluente, & verba proferente irritum est, ac inane.

Confirmatur, quia si post consummatum unum baptismum, alter Minister baptismum inchoaret, atque nihil faceret, quia subiectum jam reddidit esse incapax novi baptismi pro susceptio nem prioris; ergo eadem ratione, quamvis suum baptismum simul inchoaverit, antequam subiectum esset baptizatum, tamen si in instanti, in quo illud erat perfectum, sentit se prevenitum ab alio, & subiectum inveniit jam baptizatum, non poterit illud perfectè requære subiectum nõ est amplius illius perfectionis capax. Ex quo sequitur, solum primo modo validum esse baptismum à pluribus collatum, si nempe duo ita sacramentum baptismi ministrant, ut ambo simul abluendo explent formam; & quamvis etiam in eo casu valide conferret, non tamen licet, tum quia contra confuetudinem Ecclesie morem baptizant, tum quia periculo iterandi baptismum se exponerent, ac proinde peccarent, & puniri possent; periculum autem est, quia tanta moralis multas in proferendo, & abluendo verba forme cum infusione materie valde difficilis est, nec semper possibilis, sed alter alterum prevenire potest facillime, quo casu iteraretur baptismus, ut supra dictum est.

Quid dicendum sit in tertio casu.

67 Tertio præterea dubitatur, an in tertio casu ab initio articuli proposito baptismus valeat à pluribus collatus, nempe si unus Minister, adhibeat materiam; & alter formam, ille aquam infundendo, & iste verba proferendo; Quidam Antiquiores, quibus consentit Cajetanus 3. p. q. 67. art. 6. talem baptismum valere dixerunt, si forma proferatur ritu Græcorum, baptizetur servus Christi; vel etiam illi forme Latinorum inhærendo dicatur in plurali, Nos te baptizamus.

Ratio est, quia hi duo homines habent, ut supponimus, intentionem baptizandi, & applicarent veram materiam, & veram formam; etgò nihil deesse ad veritatem baptismi; probatur consequentia, quia solum obtare possent, quod ibi non est integer Minister, nisi compositus ex duplici persona, sed hoc impedimentum nullum esse videtur; nam in Matrimonio duo contra-